et antecedēs pbatur. qz in tali fructiōe obiectum  
est iproporionatū virtuti create cum  
sit infinitū. et virtus sit finita. sed inter obiectū  
et potentiā pceptinā debet esse aliqua ppor-  
tio. igit̄ Un̄ scdo de aia p̄mento. xiiij. dicit̄  
q; sensus cōsistit in quadā pporione qua nō  
existēte sensus nō potest sentire. igit̄ eadem  
ratio potētia intellectiva et volitiva. cū non  
sit infinite potētiō zc. ¶ Secūdo sic. soluz  
deo nō est fruendū. igit̄ questio falsa. cōse-  
quētia nota. antecedēs pbat. qz fructib; ē fru-  
endū fm magist̄ in p̄ma distinctiōne. ca. vi.  
vbi dicit̄ q; fructus ppter sed diligim; zc. ¶ Ter-  
tio sic ad p̄ncipale quesitū. nihil qd apparet  
esse cōtra rōem naturalē est nobis euidēt̄  
notū. sed deū esse sup oīa diligendū. et p̄se-  
quens solo deo esse fruendū apparet p̄ ratio-

nem naturalē. fm quā nihil est ab aliquo di-  
ligendū plus q̄ seipsum. Un̄ homo est maxi-  
mus amicus sibi ipsi. it. et hi. igit̄ zc. ¶ In op-  
positū arguit̄ sic. Nobis est euidēt̄ notum  
solū deū esse summū bonum. sed oīno videt̄  
euidēs summū bonū esse summe diligēdum  
fm p̄m p̄mo ethicor. igit̄ zc. ¶ Hic erunt  
tres articuli. In p̄mo articulo ponam tres  
distinctiōes. ex quib; patebit quid ē fructio.  
In secūdo iuxta tria argumēta ante opposi-  
tum et ad respōdēdū ad quesitū probabitur  
triplex cōclusio. In tertio circa materiā que-  
stionis mouebit̄ et soluet̄ triplex dubitatio.

**B** Quantū ad primū articulū quia  
vltus et fructio sunt actus volūntatis sic hec pri-  
ma distinctio. ¶ Et aliqd potest assumi facultate  
volūntatis dupliciter. vel ppter se vel ppter  
aliud. Primo mō aliqd assumit in facultate  
volūntatis qn̄ aliqd representatū volunta-  
ti p̄ intellectū. etiā si sine oī alio representat̄  
assumeret̄ in facultate volūntatis. Alio mo-  
do aliqd assumit in facultate volūntatis. qn̄  
do assumit alio p̄sentato. ita q; si aliud non  
p̄sentaret̄ volūntati illud sine alio nō assume-  
retur in facultate volūntatis. ¶ Primus actus  
nō est referēs vel saltē potest esse nō in aliud  
referēs. qn̄ scz volūntas elicit aliquid actū cir-  
ca aliqd ita q; eundē actū eliceret etiā posito  
q; nihil aliud sibi ostēderet. sicut si alicui cla-  
re ostēderet̄ deus. ille appeteret eū nullo alio  
sibi ostēso. ¶ Secūdus actus est referēs. quā-  
do scz nō eliceret ille actus circa illud si ni-  
hil aliud ostēderet̄ vel assumeret̄ in facultate  
volūntatis. Sicut si alicui appetit potio-  
nem amarā quā nō appeteret si nō appeteret  
sanitatē. vel saltē si nō ostēderet̄ sibi sanitas.  
¶ Primus aut̄ modus scz q; aliqd actus sit non re-  
ferens potest esse dupliciter. vel sic q; obiectus  
acceptus a volūntate tanq; summe diligēdus  
ab ea. et hoc est diligere aliqd tanq; finē vlti-  
mum. et talis actus apud theologos proprie  
stricte vocat̄ fructio. Un̄ Augustin; lib 20 p̄  
mo de doctria xp̄iana. ca. xxvij. dicit̄ nos  
ea re frui quā diligim; ppter se. Et infra Si  
hō in heresit atq; p̄māserit finē in ea ponēs  
leticie tue. tūc vere et pprie diceudus es frui.  
vel aliter talis actus nō referēs fertur in obiectum  
absolute sic q; absolute acceptus et assu-  
matur in facultate volūntatis nec vt summū  
nec vt nō summū. nō tamē referēdo in aliqd  
tanq; i finē. et talis actus imprope et large pos-  
set dici fructio. Un̄ hoc mō tenet Adam: q;

Quia q; de multis vltis  
habere p̄ma  
pprie dicit̄

22

Magist̄ q; fructus

alio a deo est fruendū. capiēdo scz frustōnē  
 vt dicitur est p amore absoluto quo aliquid  
 amat propter se siue hoc q amor ille i aliud  
 referatur magis amari. z hoc pbat p magi/  
 strū dif. pma. vbi auctoritate Ambrosij dic:  
 q vtutes ppter se petende sunt z amande. zc.  
 Secūdus etiā mod⁹ scz q aliquis actus sit  
 referēs potest esse dupliciter. Uno modo sic  
 q obiectū acceptet a voluntate p se propter  
 aliud. z nō ppter se. z talis pzie est vsus z stri  
 cte Alio modo sic q tale obiectū acceptetur  
 ppter se z ppter aliud. vt si qd diligit vnū. p/  
 ppter se quia delectabile. z tamē si post dōside/  
 rat bonū sanguinē p ipm generari z inde sa  
 nitatē cōseruari. incipit diligere illud tam p/  
 ppter se q ppter aliud. Et talis actus large pōt  
 vocari vsus. Et satis proprie oīs actus quo  
 aliquid diligitur ppter aliud vocādus ē vsus  
 Hoc autē potest esse dupliciter. q: quando  
 aliquid diligit ppter aliud vel sic q vtrūq;  
 actu diligit. vel vnū actualiter diligit ppter  
 aliud quod habitu alit est dilectū. sicut mul  
 ti fideles amant facere elemosynas et mul  
 ta opera ppter deū. q̄nis de eo actu nō cōsi/  
 derent **¶** Secūda distinctio est q frui  
 tio proprie z stricte dicta qua assumit aliqd  
 in facultatē volūtatis ppter se tanq̄s summiū  
 bonū est duplex. quedā est ordinata. alia in  
 ordinata. Fruitio ordinata est quādo aliqd  
 summe diligendū summe diligit. Fruitio  
 aut inordinata est quādo aliqd summe z p/  
 ppter se diligit quod min⁹ z ppter aliud esset  
 diligendū. Sed fruitio ordinata ē duplex.  
 Quedā est de bono p̄senti z iā habito q̄ qui  
 erat simpliciter voluntatē qualis est fruiō pa  
 trie. Alia est de bono absente z nō sic habito  
 que nō simpliciter quietat qualis ē fruitio vie  
**¶** Tertia distinctio est q vsus capit dupli  
 citer. Uno modo large z iprope p illo quo  
 vtimur aliq̄ tanq̄s obiecto. z sic omīs actus  
 volūtatis est vsus. fm Augustinū. x. de tri  
 nitate. ca. xi. Alio modo stricte z pzie prout  
 distinguit cōtra fruitionē proprie dictam. z  
 sic vti est sumere aliqd in facultatē volunta  
 tis ppter aliud. Et talis vsus est duplex. qui  
 dam ordinat⁹. quidā inordinat⁹ **¶** Usus ordi  
 natus est quādo aliquid diligit propter ali  
 ud q fruendū est. Et talis act⁹ appropriatē  
 aliquādo dicit vsus. z sic diffinit Augustin⁹  
 x. de trinitate. c. j. vtimur eis que ad aliud re  
 ferimus q fruendū est. Et sic distinguit vti  
 ptra abuti. Usus aut inordinat⁹ est. quādo

aliquid quo fruendū est diligit propter aliq̄  
 z talis actus quādoq; appropriatē dicit ab/  
 usus. z sic dicit Augustin⁹ pmo de doctrina  
 xpiana. ca. viij. Usus illicit⁹ abusus potius  
 vel abusus nominādus est **¶** S; ista acceptō  
 est nimis stricta. Ideo zc. **¶** **¶** Ex predi  
 ctis sequitur aliqua. **¶** Primo patet qd est  
 fruitio proprie z fm qd de ea hic loquimur  
 Est em fruitio act⁹ voluntatis quo aliquid  
 assumitur i facultatē volūtatis propter se et  
 tanq̄s summe diligendū **¶** Secūdo patz qd  
 est vsus proprie z scdm qd de vsu hic loqui  
 mur. Est em actus volūtatis quo aliquid as  
 sumitur in facultatē volūtatis non propter  
 se finaliter. sed propter aliud. Unde nō capi  
 tur hic vsus put cuiuslibet potērie operatio  
 dicit eius vsus. qualiter dicit cui⁹ vsus bo  
 nus ipsum quoq; bonuz. Nec loquimur de  
 vsu quo dicimur vti potētis ad eliciendū  
 actus suos. nec de vsu quo dicimur vti ha  
 bitibus cū volum⁹. nec de vsu quo dicimur  
 vti ipso actu cū volumus. sed de vsu quo di  
 cimus vti aliquo tanq̄m obiecto. nec tamen  
 omīs talis act⁹ in proposito vocatur vsus.  
 patet ex dictis zc. **¶** Tercio patet ex predi  
 ctis q aliquis est act⁹ volūtatis medi⁹. qui  
 nec est proprie fruitio nec vsus. scz quo ali  
 quid amatur. nec est tamē finis simpliciter  
 vltim⁹. nec tamē in aliud actualiter refertur  
 Et si dicatur. si quid amatur z nō propt ali  
 ud. igit propter se. sed omne tale amat tan  
 q̄s finis vltimus. Dico q aliquid dicit ama  
 ri propter se. quia scz si nihil aliud ostēdere  
 tur voluntati adhuc amaret. z tamen stat q  
 tale nō ametur tanq̄s finis vltim⁹ nec prop  
 ter aliud saltē positue z actualiter. quia tūc  
 tantū amatur aliqd tanq̄s finis vltimus. qm  
 do acceptat tantū tanq̄s super omnia aman  
 dū. sed isto modo nō omne amari propter  
 se est amari tanq̄s finis vltimus. quia aliq̄s  
 apprehēdēs virtutē z nō cogitans de felici  
 tate. appetit virtutē nō propter felicitatē. nō  
 tamen appetit virtutē tanq̄m super omnia di  
 ligendā. **¶** Et si petatur vtrū talis act⁹ sem  
 per sit malus cum per ipsum diligitur ali  
 quid quod est ad finem. z non tamen prop  
 ter finem. Dico q actus respectu alicuius  
 ordinati ad finem potest non esse malus. q̄  
 vis non diligitur propter finem. vel non re  
 feratur positue z actualiter ad finem. z hoc  
 maxime si non apprehēdatur finis. Et si di  
 scatur q omnis defect⁹ circumstātice req̄sit

fory

uy

mo

quibz loquimur de vsu

(p. 20) 42.  
 quibz loquimur  
 de vsu

quo amatur ad se  
 a tempore finis vltimus.

si quis

Mo

Bluyrio

ad actum bonum facit actum malum. sed circumstantia finis est requisita ad actum moraliter bonum. Igitur quicunque talis deficit. actus est moraliter malus. sed hic deficit. Igitur 2c. Dico quod non omnis defectus circumstantie requiritur ad actum bonum facit actum esse malum vel peccatum. Tunc enim ignorantia nunquam excusaret quod est peccatum doctrinam. sed quando deficit aliqua circumstantia ad quam elicitur actus pro tunc obligatur. tunc est actus malus. si autem tunc non obligatur ad illam circumstantiam tunc non est malus. Sic autem non est in proposito. quia iste in tali casu non est obligatus ad volendum istud propter finem. si tamen talis eliceret actum circa hoc constituyendo illud tanquam finem sibi respectu omnium aliorum peccaret.

**Quarto** patet ex predictis quod aliquis est actus voluntatis qui simul est fructio et usus. scilicet quo diligitur finis. et ea que sunt ad finem propter ipsum. Et istud probatur per Damascenum. quod sicut intellectus se habet ad principia et conclusiones. ita voluntas se habet ad finem et ad ea que sunt ad finem. Si intellectus licet possit intelligere conclusionem distincto actu ab actu intelligendi principia. potest tamen unico actu cognoscere utrumque. Igitur sic erit de voluntate. Maior satis patet. sed minor probatur. quia non minus repugnat intellectui intelligere unum discursum vel unam consequentiam quam unam propositionem unico actu. sed secundum potest. et confirmatur. quod secundum communiter loquentes intellectus in patria unico actu intelligit verbum et res in verbo. et similiter secundum sic loquentes voluntas unico actu diligit deum et creaturas. Igitur hoc non est negandum ab istis in via. ex quo non apparet evidens ratio in contrarium. nec experientia. nec auctoritas scripturæ. Igitur hoc erit probabile. et c.

**U** Sed contra istud ultimum correlativum arguitur primo. quod finis et illud quod est ad finem non possunt diligi uno actu. quod primo posteriorum. propter quod unum quodque tale et illud magis. Sed illud quod est ad finem diligitur propter finem. igitur finis magis diligitur quam ordinatum ad finem. sed idem actus non potest esse maior et minor dilectio. Igitur et c.

**C**onfirmatur quia si eodem actu diligeret utrumque ergo eque intensio et eque perfectio actu aliquis diligeret deum et creaturam meritoque. et per consequens non magis diligeret deum quam creaturam. et sic deus non esset summe et super omnia diligendus. quod est absurdum.

**S**ecundo sic etiam sequeretur quod aliquis actus utendi aliquo actu fructu esset perfectior. consequens falsum. quod non est aliquis actus voluntatis perfectior fructione dei. consequentia

patet. quia quando aliquis actu respiciunt plura obiecta ab aliqua potentia. et eque perfecte. ille actus est perfectior quam alius quo respiciunt pauciora. scilicet isto posito actus fructu esset tamen respectu finis. actus vero utendi esset et respectu finis et respectu illius quod est ad finem. et eque perfecte respectu finis sicut actus fructu: quod pro hoc quod aliquis diligit aliquam creaturam propter deum. non minus diligit deum. ergo actus utendi creatura erit perfectior actu fructu deo.

**T**ertio voluntas non potest simul et semel habere duos actus perfectos unum et eiusdem obiecti. sed posito actu meritoque in voluntate quo aliquis diligit deum propter se. potest offerri voluntati aliud diligibile propter deum. quod potest tunc voluntas diligere propter deum. et non oportet quod voluntas dimittat actum primum. igitur iste actus precise terminabit ad creaturam. Aliter enim respectu dei essent simul et semel duo actus in voluntate. Igitur et c.

**Q**uarto sicut aliquis potest diligeret aliquod propter aliud dilectum ita potest aliquod detestari propter aliud dilectum. Igitur si actus diligendi aliquod propter aliud est unum actus numero habens utrumque pro obiecto. pari ratione actus detestandi aliquod propter amorem alicuius erit unum actus habens utrumque pro obiecto. sed hoc est impossibile. quod tunc idem actus esset amor et odium velle et nolle et c.

**P**ro solutio predictorum et maxime prime rationis. Et pro intellectu dictorum premitto istam distinctionem. Quod aliquis unam rem potest diligeret quam alias potest quadrupliciter intelligi. Uno modo quod maiori actu dilectionis diligit unam quam alias. et ista maiortas potest esse vel attendi vel penes gradualis intentionem. vel penes essentialis perfectionem. id est dilectio potest dici maior. vel quod gradualiter intensior. vel quod essentialiter perfectior.

**S**ecundo modo quia vult unum maius bonum quam alteri. Tertio modo quod firmiter et naturaliter inest sibi dilectio unum quam alteri. Quarto modo quia si deberet alteri amorem ex electione dimittere. eligeret potest dimittere amorem unum quam alteri et illa diceret magis diligeret cuius amorem magis eligeret servare. Et secundum hunc pono aliquas propositiones.

**P**rima est quod deus non est ab homine magis diligendus quam creatura primo modo. exponendo magis diligeret. id est. maiori dilectione. Verbi gratia. Dico probabile quod Socrates non tenet diligeret deum maiori dilectione quam seipsum vel aliam creaturam. siue essentialis perfectionis. Patet ex dictis. quod eodem actu potest Socrates diligeret meritoque

plura

272a 970

Et magis in illa dilectione ratione et deus sit perfectior non habet rationem capere sine perfectior ab objecto sed magis quod sit perfectior et deus sit perfectior et quod sit perfectior et in anima in perfectior non nota phorum magis sit magis perfectior quod magis sit magis perfectior



# Primi sententiarum

propter hoc solū quia deus nō vult sibi coagere. **Q**uarta propositio est q̄ nullo modo repugnat imo magis p̄uenit nobilitati voluntatis z etiā ratiōi p̄m̄ q̄ volūtas sit pure passiva respectu act⁹ beatifici. **P**rimū p̄. quia quāvis agere in cōmuni sit nobilitati in cōmuni. eo q̄ nobilissimū agēs est nobilius nobilissimo passio. t̄m aliq̄d pati aliquo agere est nobilitati. z respectu eiusdē z respectu diuersoz. Respectu eiusdē patet q̄ nobilitas est intellectū vel sensum recipe z pati intellectiōne vel sensationē. q̄s lapidē agere illas cōgnitiōes vt obiectū zc. Respectu diuersoz patet. q̄ nobilitati est recipe intellectiōne q̄ p̄ducere vnū calorē zc. **S**ecūdum patz. q̄ q̄vis de ratōe meriti sit q̄ sit actiue a merente. tamē de ratōe p̄m̄ est q̄ sit pure passiuē i p̄miato. z solū actiue a p̄m̄ante. imo si esset actiue a p̄miato hoc nō p̄uenit sibi vt p̄m̄ium. nec in hoc haberet rōnem p̄m̄ zc. **N**ec ergo via est p̄babilis. nec est demonstratiue improbabilis. sicut nec est demonstrabilis. **T**ertū est q̄ magis p̄babile videt q̄ nulla res creata sit alicui potētie cognitio vel volitio. nisi sit ab ipsa actiue. s̄ de hoc p̄nūc transeo. quia de hoc alias videbit. zc. **A**d tertiam rōnem dico. q̄ volūtas potest simul h̄re duos actus p̄fectos respectu eiusdē obiecti. maxime quando illud est obiectū totale respectu vn⁹ act⁹. z t̄m partiale respectu alteri⁹. sicut est in p̄posito. quia q̄n diligis finis p̄cise propter se. tūc finis est obiectū totale illi⁹ actus quādo autē diligis illud qd est ad finē p̄ter finem. tūc finis est t̄m obiectū partiale. **A**d quartā dico. q̄ nō est incōueniēs q̄ idē actus numero respectu vn⁹ sit act⁹ detestadi. z respectu alteri⁹ sit act⁹ amadi. s̄ q̄n vnico actu aliquid detestaf p̄ter aliud amari. **S**i autē dicat q̄ ista sūt opposita. z p̄sequēs nō p̄nt eidē p̄uenire. Dicendū est q̄ ista sunt opposita sic q̄ nō p̄nt p̄ eodē supponere. seu eidē cōuenire respectu eiusdē. s̄ bñ respectu diuersoz. sicut est de naturali z libero. p̄tingentiz necessario. q̄ non p̄nt cōpetere eidē respectu eiusdē. t̄m bñ respectu diuersoz. sicut voluntas diuina vel p̄ in diuis est p̄ncipiū p̄ducendi sp̄m̄ sanctū naturalit̄ z necessario. et tamē est p̄ncipiū p̄ducēdi creaturā p̄tingentiz z libere. **S**ilr idē act⁹ diuine volūtatē ē dilectio dei z est odiū peccati. sic igit nō est incōueniēs eundē actu voluntatis numero totū diuersas denotatiōes p̄ter diuersi

tatem obiectoz. vt q̄ volūtas eodē actu dicatur velle vnū obiectū z nolle aliud. diligere vnū obiectū z odire aliud. q̄uis ista opōnatur respectu eiusdē obiecti. Et sic patz ad istas rōes. Et h̄ de p̄mo articulo. **Q**uantū ad secūdū articulū infra materiam triū argum̄toz Et r̄ndēdo ad quesitū ponā tres p̄clusiones. **I**n p̄ma videbit vtz fruitio dei sit possibilis creature rōnali. **I**n secūda vtz sit p̄cedendū q̄ nullo alio a deo est fruendū. **I**n tertia vtz sit nobis euidēt nō t̄m solo deo esse fruendū. **P**rima cōclusio. Sicut fruitio dei est possibilis viatoribus. sic est eis possibilis ex puris naturalibus. **S**ecūda p̄clusio. sicut q̄libet alio a deo ē vtendū. sic nullo alio est fruendū. **T**ertia p̄clusio. sicut solo deo ē fruendū est veracit̄ p̄stendū. sic nō est nobis euidenter notum. **P**rima p̄clusio. p̄bat. z p̄mo p̄ma ps q̄ in hos omēs catholicos cōsentit. z silr ad hanc rōnalis creatura finalit̄ ordingz z naturalit̄ inclinaf. igit est sibi possibilis. **S**ecūda ps p̄bat rarōibz Volkor. **P**rimo q̄ omē qd intellect⁹ human⁹ ex suis naturalibus potest credere esse summū bonū z summe diligendū. p̄t volūtas humana ex suis naturalibus summe z sup oīa diligere q̄ irrōnale videt q̄ homo dicitur aliqd ab eo esse summe diligēdū z t̄m q̄ nō possit illud summe diligere. cū nihil magis sit i potestate ipsi⁹ volūtatē q̄ ipsa volūtas. iñ de li. ar. c. iij. **S**ed intellect⁹ hūanus ex suis naturalibus potest credere deū ē summū bonū zc. **N**ā possibile est q̄ aliqd sic assentiat p̄ter auctoritatē alicui⁹ dicētis. vt etiā p̄ter aliquā rōez. s̄ q̄ de⁹ est p̄ma causa oīm zc. **N**ec oportet ad h̄ credendū q̄ deus aliquē sup naturalē habitū infundat. igitur nec ad diligendū. **S**ecūdo hō potest p̄ sola naturalia diligere deū pl⁹ q̄ istā rē demonstrato Platone. z pl⁹ q̄ istā rem demonstrato sorte. z sic de singul. q̄ sup oīa. p̄sequētia tenet. aūcedēs p̄bat. q̄ intellect⁹ potest dicere q̄ de⁹ est melior q̄ sortes. z q̄ plato. z sic d̄ alijs. z q̄ magis tenet diligere illd quod est max⁹ bonū. igit cū volūtas sit libera sedq̄ zc. **T**ertio homo p̄t ex puris naturalibus velle deū esse deū. z nihil aliud a deo esse deū. sed talis deo vult maximū bonū z nulli alteri vult rātū bonū. ergo pl⁹ diligit deū. zc. **Q**uarto homo errans potest diligere creaturam sup oīa. z frui creatura ex puris naturalibus. q̄ pari rōe potest frui deo sine habitu

q̄m aliqd pati nobilitati  
aliq̄ agere //

q̄m q̄ si cor ap  
nyato potest nō  
h̄re ratiōne p̄m̄



an possimus frui deo aut eū diligere ex  
potētia naturalibus

# Questio secunda

Supernaturaliter infuso. et sic patet conclusio.

**R**espondeo contra istam conclusionem arguitur Et primo contra primam partem. quia nulla dilectio infinite perfectionis est creature rationali possibilis. scilicet fructio dei est homini. igitur. Maior patet. quia creatura rationalis est finite perfectionis et finite capacitatis. Minor probatur. quia obiecti perfectionis est perfectior dilectio. et per consequens in finiti obiecti dilectio erit in finite perfectionis. Aliter cum cuiuslibet finiti ad finitum sit proportio. esset dare aliquam dilectionem creature que non esset dilectio dei. et tamen esset equalis vel maioris perfectionis quam dilectio dei obiecti infiniti. quod videtur omnino impossibile. etc.

**S**ecundo contra secundam partem. quia si etc. sequitur quod creatura rationalis possit recte agere sine gratia. per consequens est falsum et contra glossam Augustini super illo Ro. ix. non est volentis neque currentes etc. ubi dicitur. et est verbum Augustini in libro de perfectione iusticie. quod voluntas nostra nihil boni agit nisi si diuinitus adiuta per gratiam. Consequenter probatur quod si voluntas posset frui deo sine gratia. posset et recte agere sine gratia. Nam sicut dicit Augustinus in libro xviii. Nihil aptius quam creaturam rationalem ad hoc esse factam ut summam essentiam amet super omnia sicut ipsa est summum bonum. scilicet constat rationalem creaturam non esse factam nisi ad operationem bonam et rectam etc. Tertio quia si etc. Eius diligere deum super omnia sit maximum mandatum. Matth. xii. sequitur quod esset possibile ex puris naturalibus obsequare omnia mandata et sic frustra daretur gratia. Confirmatur. quia sequitur quod homo ex puris naturalibus posset vitare omne peccatum. Nam sicut quis possit diligere deum super omnia. sic naturaliter posset conformare se diuini preceptis per omnia sed sic faciendo vitaret omne peccatum. quia cum tali conformitate non stat peccatum. etc.

**Q**uarto quia si etc. sequitur quod magis diligens deum minus diligere a deo. per consequens falsum et contra illud Prover. viii. Ego diligentes me diligo. per consequens probatur. quia capio aliquem qui sibi ex puris naturalibus acquiescit habitum interius diligendi deum. et capio alium in gratia non habentem habitum tale. tunc primus potest intensius diligere deum in hac hora quam secundus. ponatur ita esse. ergo secundus minus diligit et tamen plus diligit quia habet gratiam. Confirmatur quia si primus decederet damnaretur. et secundus saluaretur. ergo secundus plus diligitur. etc.

**A**d primam rationem nego minorem. et ad probationem quam dicitur obiecti perfectionis est dilectio perfectior. concedo ceteris paribus. scilicet nego primam

igitur infiniti obiecti est dilectio infinite perfectionis. Nec propter hoc sequitur quod sit aliqua dilectio que non sit dilectio dei. que sit equalis vel maioris perfectionis quam dilectio obiecti infiniti. Non oportet enim quod cuiuslibet finiti ad quodlibet finitum. sit isto modo proportio. quod unum aliquoties replicatum possit reddere perfectionem alteri. seu eam attingere vel excedere sicut alibi videndum est. Si autem dicatur quod in infinitum perfectum est diligere deum quam lapidem. seu aliud creatum. ergo diligere deum est infinite perfectionis. Uno modo potest dici negando antecedens sicut tacitum fuit in fine precedentis questionis. in solutione prime rationis ante oppositum. Alio modo dicunt aliqui negando illam consequentiam. Unum dicunt quod est instantia quam sit copatio inter distincta secundum speciem. sicut non sequitur in infinitum Sortes est perfectior asino. quam Sortes est infinite perfectionis. Si rursus non sequitur quod corpus in infinitum excedit lineam et linea punctum. ponendo quod talia sint res quedam. quam corpus est infinitum. vel linea est infinita. Quia antecedens sit verum probatur quia corpus excedit superficiem. et linea punctum plus quam in duplo plus quam in triplo. et sic in infinitum. Et sic posset argui de Sorte et de asino. Si rursus datur instantia sic. Non sequitur a. in infinitum mouet velocius quam b. quam a. mouetur in infinitum velociter. Ponatur quod b. sit unum mobile motum difformiter. sic tamen quod nunquam moueatur ita velociter sicut sol. sed per unam horam tardius et tardius moueatur. et sit a. sol. tunc hec est vera. in infinitum mouet velocius a. quam b. quia b. mouetur in infinitum tardius quam a. quia plus quam in duplo plus quam in triplo tardius. et sic in infinitum. Nam de a. quod non tunc oportet concedere. quod in certa proportione b. mouet tardius quam a. sit in quadruplo. Contra. quia in aliqua parte hore mouetur b. tardius quam in quadruplo. ergo non precise in quadruplo mouet b. tardius quam a. Item aliter probatur sic in prima parte proportionabili huius hore b. moueatur tardius quam a. et in secunda tardius quam in prima. et in tertia tardius etc. Et sic nulla tarditas fuit maxima quam b. mouebatur. Igitur in infinitum mouebatur tardius quam a. et tamen non est verum quod b. mouebatur infinita tarditate. nec a infinita velocitate. sic potest dici in opposito etc. Sed de hac materia videndum est in materia de perfectione specierum. **A**d secundam rationem respondendo et per ea et sequentibus pono quattuor propositiones. Prima est quod nullus homo potest stare lege per pura naturalia implere preceptum de dilectione dei super omnia. Patet. quia lex que est iubet quod

*propter dicitur*

*quia de quatuor fir. in distincta specie no valet*

*propter dicitur*

*primam de perfectione*

*nota in*

# Primi sententiarum

actus cadēs sub pcepto fiat in grā. que ē ha-  
bitus supnaturalis. & licet existēs extra grati-  
am p sola naturalia posset diligere deū sup  
oīa. nō tamē implet pceptū ad intētionē p-  
cipientis nisi sit in grā. Et hoc est qd multi  
doctores dicūt q homo potest implere pre-  
ceptū quantū ad subām pcepti vel facti ca-  
dentis sub pcepto. nō tñ quantū ad circum-  
stantiā facti z intētionē pipientis. Et ad h  
determinatio eccie. xij. dist. Qui dixerit q  
sine gratia possum mādata dei implere p libe-  
rum arbitriū anathema sit. Un ppariū fuit  
heresis plene ipoz pelagianoz zc. **S**cōda  
est q nullū homo potest stāte lege p pura na-  
turalia recte agere meritorie. Et loqz de me-  
rito vite eterne. Patet ex pma. z iō si qd p pu-  
ra naturalia eliceret actiū dilectōis dei su-  
per oīa. nō esset sic meritorius zc. **T**ertia est  
q nullū hō potest stāte lege p pura natura-  
lia sine grā recte agere simplr z absolute. pa-  
tet. quia nullū simplr z absolute agit recte ni-  
si que agit fornicē legi diuine. sz nullū sic agit  
nisi sit i grā fm legē statutā zc. **Q**uarta est  
q aliqz potest stāte lege p pura naturalia si-  
ne grā moraliter recte agere. Patet. qz p re-  
cte agere moraliter nihil aliud intelligo nisi  
agere cōformiter dictamini rōis. quam phi-  
morales sicut Aristoteles. Tullius. Seneca  
aut aliū filēs vocassent rōem rectā. sz pstat q  
aliqz existēs extra grām potest sic agere. Igi-  
tur zc. **E**t p ista patet ad rōnem z apparet  
solutio ad multas auctoritates sanctorz q i  
hac materia vident sibi inuicē repugnare.  
**A**d tertiā patet ex dictis qualiter homo ex  
puris naturalibz possit obsequare dei manda-  
ta z qualiter nō. Ad pfirmationē negat conse-  
quētia loquēdo fm legē statutā zc. **A**d q-  
tam zc. pfirmationē dico pmo q psequen-  
tia nō valet. nō em sequit. de? infundit ipīa  
charitatē vel pnat vl auget z nō ipī b. ergo  
plus diligit zc. Similit nec sequit. deus sal-  
naret a. si nūc decederet in grā z damnar z b  
quia nō est nūc in grā. ergo plus diligit a qz  
b. Instātia patet. si b. sit pdestinat? existens  
nūc in mortali peccato z a. sit pscitus existēs  
nūc in grā zc. **S**ecūdo dico q psequens  
nō est ipossibile. Nā de facto vep est in exem-  
plo iā dicto similit pdestinat? qui dormit z  
actu nō diligit deū pl? diligit a deo qz pscit?  
quātūcūqz diligit deū. **A**d Dico tertio  
p intellectu scripture. q ly diligere capit eq-  
uocē i scripture Uno modo p motu vl actu

volūtatis quo vult deo bonū. Alio modo  
ut idē significat q pseuerāter viuere fm dei  
mādata iuxta illud. q mādata zc. ille est q di-  
ligit me. zc. **Q**uarto dico q q secūdo mo-  
do pl? diligit pl? diligit. sz nō oportet primo  
mō. Nā xps pl? dilexit petz qn negauit eum  
qz iudā qn ipē etiā erat. i gratia. qz ad maius  
bonū. z sic patet ad rōem. Et hec de pma cō-  
clusionē. **S**ecūda conclusio pbat z pmo p-  
ma ps. qz qdlibet aliud a deo ppter deū z p-  
ipm factū est. Nā ipē est finis vltim? z pma  
causa effectiua oīm alioz. Igit omni alio a  
deo ppter deū est vtendū. **S**ecūda ps pa-  
tet. qz nihil aliud a deo est sup oīa diligēdū  
zc. Tamē ad maiorē declarationē et cōclu-  
sionis pono qttuor ppositōes. **P**rima ē. q  
licet qdlibet ens siue de? siue creatura possit  
esse obiectū act? vtēdi. tamē de? nō ē obiectū  
vsus ordinari. **P**rima ps patet. qz qdlibet  
qd volūtas pōt referre ad aliud potest eē ob-  
iectū act? vtēdi. sed volūtas ex libertate sua  
potest referre qdlibet ad aliud z quocūqz si-  
bi ostēso potest aliud magis diligere. z p cōse-  
quēs potest diligere ipm ppter aliud. **S**e-  
cūda ps patet. qz de? est finis vltim?. sed tale  
nō est ad aliud referibile. **S**ecūda pposi-  
tio est q qdlibet aliud a deo potest esse obie-  
ctum vsus ordinari. Patet. qz qdlibet aliud  
a summe acceptato pōt assumi ordinate i sa-  
cultatē volūtatis ppter sūme acceptatū. Nā  
qdlibet tale aut est bonū aut malū. si sit bo-  
num ppter summe acceptatum pōt ordinate  
amari si sit malū pōt odiri ppter ipm deū sū-  
me amatur. zc. **T**ertia est q aliqd aliud a  
deo potest esse fructiōis obiectū inordinate.  
Patet qz aliqua creatura pōt seipam dilige-  
re sup oīa z tanqz finē vltimū. z sic ex hoc pa-  
tet rōisio ad formā qstionis. zc. **Q**uarta ē.  
q nihil aliud a deo est aut esse potest saltē fm  
legē statutā p nūc ordinate fructiōis obiectū.  
Patet. qz oīs dilectio qua aliqd aliud a deo  
diligeret sup oīa siue tanqz finis vltim? esset  
inordinata z culpabil? fm legē statutā. **E**t  
dico fm legē statutā. qz nō videt ipossibi-  
le nec iplicare ptradictionē q de? posset ab-  
solute obligare creaturam ad vtendū deo z  
frvendū seipā. aut alio obiecto creato. Et ē  
hic aduertendū q qn dico q de? nō est obie-  
ctum vsus ordinari nec creatura est obiectū  
fructiōis ordinate nō volo dicere qn aliquo  
actu q est vsus. ordinate diligit de? z aliquo  
actu q est fructio ordinate diligit creaturam.

habet qd fuit rēoz p  
lagianoz

habet qd fuit rēoz p  
lagianoz

q diligere equocē i scripture

post q obligare rēoz nō ē hōm  
de x pēndū rēoz



# Primi sententiarum

delectatio volūtatis respectu illoꝝ obiecto-  
rum sic p̄sentatoꝝ erit tāta quantā potest ca-  
pere volūtas obiectū vltimū p̄ntatū nō dele-  
ctabit. q̄re zc. **¶**Secūdo dico q̄ quātūcun-  
q̄ fiat in volūtate delectatio aut dilectio re-  
spectu ratiū obiectoꝝ nunq̄m tñ satiatur p̄opt̄  
hoc. Et rō est q̄ q̄dlibet aliud a deo secū q̄  
fert quādā indigentia potissime illi potētie q̄  
est capax dei. sicut diuicie auaro. z hmōi. sic  
etiā posset poni exemplū q̄ rōes dialectice ex  
natura sui semp adducit formidīnē. ideo q̄  
quorū sint nō p̄nt causare ita p̄fectū assensū.  
sic de iōstratio **¶**Dico tertio q̄ aliq̄ fructio  
respectu dei est ita p̄fecta q̄ p̄ ip̄am satiatur  
volūtas creata. q̄ fructio beatifica excludit  
omnē indigentia. z hūaturalit. q̄ d̄ dico q̄  
forte de potētia absoluta posset cōpati secuz  
tristitia sicut fuit i xpo fm aliq̄s zc. **¶**Quar-  
to dico q̄ cui libz rōnali creature frui dō be-  
atifice est summe bñ eē sibi possibile. Patet  
ex p̄dictis. q̄ licet p̄ fructiōnē soluz finire bñ  
sit rōnali creature. tñ p̄ nihil aliud potest si-  
bi ita bñ esse subducta fructiōe. Qd̄ patet. q̄  
si aliter posset zc. hoc videret maxime p̄ vni-  
onem ypostaticā. s̄ h̄ nō quia ista puenire p̄t  
tam rōnali q̄ irrōnali creature. s̄ fructio so-  
li rōnali creature. Igit̄ zc. p̄na tenet. q̄ sic p̄-  
bat phis. i. ethi. in voluptatibz carnalibz nō  
esse felicitatē. Sed de hac materia in tertio  
**¶**Ad quartā dico p̄mo q̄ solus de⁹ est su-  
me diligēdus. q̄ est summū bonū. Et quan-  
do d̄ q̄ sicut maximū ad maximū. zc. Dico  
q̄ illa p̄positio n̄ est vniuersalit̄ vera. q̄ sum-  
mū ens ē p̄ductiuū summi effect⁹ z tamē nō  
semp p̄fect⁹ ens est p̄ductiuū effect⁹ p̄fectio-  
ris. Hā angel⁹ nō potest p̄ducere nisi acci-  
dens z tñ multa min⁹ p̄fecta p̄ducit subam-  
**¶**Secūdo dico de p̄ntē q̄ homo potest li-  
cite magis diligere angelū q̄ seipm. i. velle  
maius bonū angelo q̄ sibi ip̄s. Patet. q̄ po-  
test licite velle angelū esse angelū z nō velle  
sibi aliq̄d bonū ita magnū sicut est bonū an-  
gelum esse angelū. zc. Terc̄ est aut̄ q̄ hō salte-  
riator potest licite p̄ diligere se q̄ angelū.  
Id est. ad mai⁹ bonū intelligendo de bono be-  
atifico. quia de illo intelligit̄ ordo charitas.  
zc. **¶**Tertio dico q̄ homo pōt licite imo te-  
netur magis diligere aliquā aliā creaturā q̄  
se id est. ad mai⁹ bonū etiā beatificū. Patet.  
Viator sic tenet magis diligere humanita-  
tem xpi. quia tenet credere deū velle se h̄  
biturū tñ bonū beatificū sicut p̄ps. Igit̄ zc.

**¶**Quarto dico q̄ hō potest licite imo tenet  
magis diligere se q̄ aliquā aliā rōnalē crea-  
turā in statu vie. i. ad mai⁹ bonū beatificū.  
Patet. q̄ iste est ordo charitatis de quo dicit̄  
charitas est ordinata. s. p̄mo ad deū. deinde  
ad seipm. postea ad primuz. Un̄ h̄ intelligit̄  
de rōnalibz creaturis existētibz in statu vie.  
p̄ primū em̄ intelligit̄ rōnalis creatura via-  
trix. Qd̄ patet. quia de beatis hoc nō debz in-  
telligi. Hā quilibet beat⁹ aliū beatū quēlibz  
tenet diligere et tantū bonū beatificū q̄ntū  
videt q̄ de⁹ vult ip̄m habere. et sic quilibz mi-  
nus beat⁹ plus diligit aliū magis beatū q̄  
seipm. z ad h̄ tenet. z sic patet qualiter debet  
intelligi p̄ceptū de dilectiōe dei sup oīa et sui  
post deū. z primi post seipsum zc. Et hec de  
conclusionē.

**¶**Tertia conclusio probatur. z p̄mo prima  
pars. q̄ deo est fruendū z nullo alio ab ip̄so  
est fruendū. Igit̄ zc. p̄na patet z secunda p̄  
autecedētis. z scda p̄ conclusiōis secunde. s̄  
p̄na patet p̄ Augustinus. p̄mo de doctrina  
xp̄iana. Res q̄b fruendū est sunt pater. fili⁹.  
z sp̄s sanct⁹. Un̄ ista est conclusio catholica zc.

**¶**Secūda p̄ conclusiōis p̄batur. quia nō  
est euidentē notū deū esse. igit̄ nec est euiden-  
ter notū solo deo esse fruendū. imo nec dō eē  
fruendū. p̄na patet. q̄ et oppositō sequit̄ op-  
positū. z aūs patet. q̄ deū esse sola fide tenet̄  
ad Heb. xi. Credere em̄ oportet accedentes  
ad deū q̄ est zc. Itē supposito q̄ aliunde q̄ p̄-  
fidem h̄ possit̄ p̄babiliter haberi. non tñ eui-  
denter vt post probabit̄. **¶**Tamē ad maio-  
rem declarationē hui⁹ p̄ntis pono q̄tuor pro-  
positiōnes **¶**Prima est q̄ non est nobis eui-  
denter notū nullo alio a deo esse fruendum  
Patet. q̄ dicit̄ q̄ aliquo creato est fruendū  
z tale est sup oīa diligendū. nō potest euidē-  
ter p̄bari oppositū sicut si d̄s diceret q̄ hō de-  
bet seipm sup oīa diligere. Hā phis videt̄ h̄  
dicere. ix. ethicoꝝ. z ad h̄ etiā quilibet homo  
naturalit̄ inclinā zc. **¶**Secūda est q̄ n̄ est  
nobis euidentē notū deo esse fruendū. Patet  
p̄ rōem iā factā. Dicit̄ tñ dicit̄ vn⁹ q̄ licet non  
sit euidentē siue euidentē demonstrabile deo eē  
fruendū siue deū esse ab hoīe sup oīa dilige-  
dum. tñ ista ypothecica z conditional̄ si deus est  
deus est sup oīa diligēd⁹ ab hoīe. est euidentē  
seu naturalit̄ rōe demonstrabile. Et hoc p̄-  
bat ex significato hui⁹ vocabuli de⁹ seu p̄ce-  
ptū quē habem⁹ de deo. s. q̄ sit vnū creans z  
p̄seruans libere oīa. ad cui⁹ nō esse sequitur

aut q̄ fort̄ b̄p̄o l̄o  
p̄na p̄ deo rō absolute  
q̄pat p̄m h̄p̄am

dicit̄ deū esse nō posse deo. Arari p̄  
tā h̄ fide haberi

## Questio secūda

nō esse omnīū. sine quo nihil possumus. et cetera bona que de deo precepimus. Un arguit sic. Illud est summe diligendū ab hōe qd scit ab eo esse summū bonū sibi. sed si sciatur ab homine qd deus est. scitur qd ipse est summū bonum boi. Igitur. et. Sed istud dictū nō est verū meo iudicio. Unde dico qd illa cōditio nalis nec est euīdēs nec euīdēter demonstra bilis. nec ratio facta valet. Primo. quia sup ponit falsū. s. qd significatū siue diffinitō qd nominis huius termini deus sit illa oratio com posita ex omnibz p̄dicatibz significatibz p̄fectō nes dei. quod si esset verū pari ratione argue retur qd iste cōditionales essent euīdentes. si deus est deus est trinus. si deus est deus generat deum. et. Secūdo ergo dico qd quid nomi nis huius termini deus est ista oratio summū bonū in entibz siue aliqua proportionabilis ideo ratio nō valet. quia licet aliquis sciat qd deus est et p̄sequens qd aliquid est summū bonū in entibz. nō tamē sequit̄ qd sciat qd illud est summū bonū. nec p̄sequens qd sit ab eo summe diligendū. iō patet qd nec cathegori ca nec ypothetica est euīdēs et. Tertiā p̄ positio est qd nō est nobis euīdēter notū qd volūtas nō possit q̄tari aut satiari in aliq̄ ci tra deū. Patet. quia nō potest euīdēter p̄ba ri qd volūtas possit recipere vnū actū ab ali quo ente creato sicut a causa imediata: que satiet totū appetitū volūtat̄. imo difficile ē sustinere oppositū sicut patuit sup̄. Ex hoc sequitur qd opinio Auicenne qd ponit qd infe rior intelligētia beatificatur in intelligētia superior̄ nō potest euīdēter improbari. Pa tet ex dictis et satis notū est. Quarta p̄pos itio est qd nō est nobis euīdēter notū qd volū tas possit quietari aut satiari p̄ aliquē actū. Patet. qd non potest euīdēter probari quin quocūqz actu possibili posito in ipsa volūta te possit libere velle aliqd aliud. et tristari eti am si careat illo. et ita nec est euīdēs qd volū tas possit satiari aut quietari fruitiōe beati fica quā ponim⁹ nec qd non possit q̄tari aut satiari aliqua respectu alicui⁹ creature. Ex hoc sequit̄ qd nō est nobis euīdēter notū qd fruitiō beatifica quā speram⁹ sit nobis possi bilis. sed hoc est tm̄ fide creditū. vel etiā dya lenca et p̄abili rōe p̄suasum. patet ex p̄dictis et. Sed p̄tra p̄dictā cōclusionē argu itur. et p̄mo p̄tra p̄mā p̄tem. p̄bando qd ipso deo nō est fruendū. qd fruitiō succedit desi derio. igitur erit idē obiectū fruitiōis et desi

deriū. sed desiderū est respectu act⁹ qd postea habebitur de⁹. et non respectu dei absolute. Nō em̄ desideram⁹ deum nisi quia desidera mus videre eū. ergo fruitiō nō est de deo ab solute s. de visione et. Cōfirmatur. quia fruitiō est respectu alicui⁹ cōplexi. qd respe ctu eiusdē respectu cui⁹ est desiderū. s. desi derium est respectu alicui⁹ cōplexi. nō em̄ de sideram⁹ deū sed videre aut habere eum. et. Secūdo p̄tra eandē p̄tem probatur qd nō solo deo est fruendū. quia ipsa fruitione est fruendū. igit. Ans p̄batur. quia fruitiō ē di ligenda. aut ergo dilectiōe que est ipsamet l̄ alia. Si ipsamet ergo fruitione diligēda est fruitiō et p̄ cōsequēs fruitiōe fruendū ē. Si alia itē illa est diligēda et p̄sequēs ponen da est alia dilectio qua diligatur. et sic tertiā quarta. et sic infinite erūt simul vel erit aliqua dilectio nō dilecta. Cōfirmatur. qd signifi ceta. deū. et b. fruitionē sortis de deo. vel er go sortis tenetur equaliter diligere a. et b. et p̄ cōsequēs frui vtroqz. vel tenet magis di ligere a. q̄ b. et p̄ cōsequēs velle. a. esse q̄. b. esse. igitur citius deberet velle omne illud qd repugnat ad velle b. esse. sed odiū dei repu gnat ad velle b. esse. ergo citius deberet vel le odiū dei esse q̄ velle a. nō esse. sed velle. b. nō esse est odire deū. ergo citius deberet vel le se odire deū q̄ se nō odire deū. qd est ipos sibile. quia sic simul deberz odire deū et non odire. Tertiō arguitur cōtra secūndā p̄tē cōclusionis probādo euīdenti rōe qd solo dō est fruendū siue qd ipse solus est sup̄ omnia di ligēdus. quia homo naturaliter debet dili gere ordinata ad finē. et p̄ cōsequēs magis finē q̄ ea q̄ sunt ad finē. qd p̄pter qd vnūqz qz tale et illud magis. et. sed deus est finis ho minis et finis vltim⁹ omnīū qui mouet vt de sideratū et amatū. xij. nichaph. cōmē. xxxvi. ergo hō debet deū sup̄ oia diligere. vnde ad h̄ facit qd ibidē dic̄ cōmētator. si uotoz cor poz celestīū est magis bon⁹ oibz necesse est vt sit desideratū magis bonis oibz. igit. et. Cō firmat qd bonū cōe et diuinū est magis dili gendū q̄ bonū p̄ticulare. p̄mo ethicozum. ḡ illud quod est summe diuinum et matie cō mune bonū est summe diligendū. tale ē de⁹. Igitur. et. Quarto sic illud quod antiq̄ phi sequendo rōem naturalē posuerunt ipi euīdēter p̄bauerūt. sed deū esse sup̄ omnia diligendū. antiqui phi posuerūt. igitur. et. maior satis patet. et minor p̄batur. quia fm̄

hoc est argumentū duradi

nō hoc argumentum

# Primi sententiarū

1. 1. 1. 1. 1.

apostolū Roꝝ. j. Gentiles p̄ creaturas visi-  
biles deuenērūt in noticiam dei. Unde dicitur.  
Deus em̄ reuelauit illis. inuisibilia em̄ ipsi  
a creatura mūdi p̄ ea que facta sūt intellecta  
p̄spiciunt. sempiterna quoq; virtus eius et  
diuinitas. zc. quia cū cognouissent deū non  
sicut deū glorificauerūt. Ex quo arguit sic.  
Isti philosophi tantā z euidentē cognitiōz  
habuerūt de deo q̄ fuerunt inexcusabiles d̄  
deō q̄ nō coluerūt. z glorificauerūt eū sicut  
deum. ergo ita euidentē noticiā habuerunt  
de deo q̄ sciuerūt ip̄m esse colendū sicut de-  
um. sed colere aliquid sicut deū: est diligere  
ip̄sum super omnia. ergo sciuerūt deum esse  
super omnia diligendū zc. **C**onfirmatur  
quia antiqui philosophi naturales illud co-  
gnouerunt z naturali ratione probauerunt  
quod precipit iure naturali. sed diligere de-  
um super omnia precipitur iure naturali. igitur  
zc. **D**icitur patet. quia illi philosophi co-  
gnouerūt ius naturale. sed minor probatur  
quia illud precipit lege diuina. z p̄sequens  
etiā iure naturali. quia omnes leges diuine  
natura cōstant. humane autē moribus. s̄m  
Iudoz. Et habetur in decretis dist. j. om̄es  
zc. **U** Ad ista r̄ndetur. Ad primā vno  
modo potest dici sicut dicitur **D**icitur q̄ frui-  
tio patrie nō proprie succedit desiderio. sed  
succedit fruiioni sic que est actus quo deus di-  
ligitur in se amore amicitie z nō amore con-  
cupiscētie. ita bene siue nō magis q̄ fruiō  
patrie. z ista fruiō est alius actus ab actu de-  
siderij z ista z duarū fruiōnū idē est obiectū  
scz deus. Et per idē diceret ad p̄firmationē  
q̄ licet desiderij esset respectu alicuius com-  
plexi. nō tamen fruiō. quia nō est idem ob-  
iectum p̄mum desiderij z fruiōis. Nam de-  
siderij est p̄prie respectu alicuius futuri. ideo  
quia actus beatificus est futurus z nō deus. cō-  
cederet q̄ obiectū desiderij qd̄ est summe de-  
siderati zc. est actus beatificus. z sic summe desi-  
derati nō est obiectum fruiōis sed ob-  
iectum illius summe desiderati. zc. Alio modo  
potest dici q̄ obiectū desiderij est ipse deus  
vel omnino nihil est s̄m illos qui ponūt cō-  
plexu significabilia hoc est nulla res vel en-  
titas est videre deū. Sed quia ista secunda  
pars distincti nō placet mihi. quia non intel-  
ligo complere significabilia isto modo. nec  
bene cōcipio quo modo ista stant simul vi-  
dere deum est obiectū desiderij. z nihil ē ob-  
iectum desiderij. ideo cōcedendo p̄mam p̄tē

scz q̄ deus est obiectū desiderij. quia illud ē  
obiectū desiderij qd̄ vere z p̄uenienter r̄nde-  
tur ad questionē factam p̄ quid desideras.  
aut sibi equivalerē. sic est de deo. Non ne-  
go tamē qn̄ actus beatificus sit obiectū deside-  
rij zc. Quādo dicit q̄ desiderij est respectu  
complexi z respectu futuri dico q̄ nō optet  
Nā desiderij b̄n̄ est respectu alicuius obiecti.  
qd̄ de facto z p̄ncipaliter est zc. z sic tale nō  
est futurus. sed bene verus est q̄ desiderij nō est  
respectu iā habiti sed habēdi. zc. **A**d secū-  
dam nego añs. s. q̄ fruiō sit fruenduz scz  
tanq̄ obiecto. Et ad p̄bationē qn̄ dicitur. fruiō  
est diligenda vel ergo seipsa vel alia dilectō  
ne. dico hic q̄ siue sic siue sic nō p̄cludit illud  
antecedēs. Nam si cōcedatur q̄ seipsa zc. nō  
tamē valet ista p̄sequētia. diligo fruiōnem  
fruiōnem. ergo fruo fruiōnem. sicut nō sequit  
v̄su diligo deum. ergo v̄toz deo. Unde tenē-  
do q̄ ipsa met fruiōne diligatur fruiōne di-  
ligitur tamē p̄opter deū. Et ideo illa fruiō-  
ne diligo deū fruendo z diligo ip̄am v̄ten-  
do ea. **S**i vero cōcedatur q̄ fruiō diliga-  
tur p̄ similitudine dilectionē z nō seipsa sicut melius  
videtur nō sequit p̄cessus in infinituz. q̄  
p̄cedendū est q̄ est aliqua dilectio in intelle-  
ctu non actu dilecta. sicut est aliqua cogni-  
tio nō distincte cognita. sicut al̄s dixi. **A**d  
cōfirmationē quādo dicitur. **S**ortes tenet ma-  
gis diligere. a. q̄ b. cōcedo antecedēs. et ne-  
go p̄sequētia. ergo citius deberet velle om-  
ne illud qd̄ repugnat b. q̄ qd̄ repugnat. a. qz  
est dare aliquid qd̄ cōmuniter repugnat scz  
odium dei. ideo si cōcederetur illud p̄sequēs  
sequitur q̄ citius deberet velle odire deum q̄  
nō odire deū. sicut arguitur. qd̄ est falsuz zc.  
**A**d tertiā rōnem dico. **Q** licet istud ar-  
gumentū sit bonū z p̄cludat probabilit̄ ver-  
nou tamen euident̄. **P**ro cuius declara-  
tione pono aliquas p̄positiōnes. **P**rima est  
**Q** nō est nobis euident̄ q̄ sit aliquis finis vl-  
timus omniū p̄opter quē omnia fiunt. **U**n̄  
z si p̄ hoc posuerit b̄ tū euident̄ non p̄ba-  
uit. **S**ecūda est **Q** nec est nobis euident̄  
q̄ homo debeat ordinare oia opa sua ad ali-  
um finē q̄ ad seip̄m. z ad suā perfectiōz. Et  
p̄sequēs nō est nobis euident̄ quādo hō sit  
sibi finis vltimus z qn̄ seip̄o debeat frui z n̄  
alio. **T**ercia est **Q** nec est nobis euident̄ q̄  
ista cōsequētia sit bona siue hec p̄ditionalis  
s̄a si aliqs est finis vltim⁹ oim̄ ille est maxie  
diligēdus z p̄pter seip̄m. **I**ō patet ad rōnem

B̄n̄  
p̄p̄  
Et h̄m

1. 1. 1. 1. 1.

1. 1. 1. 1. 1.

# Questio secūda

**¶** Quarta propositio p affirmatōe rōis est q n̄ est nobis euidēs q bonū cōe sp sit magis diligendū q̄ bonū p̄iculare. imo h̄ nō est vez vniversalit̄ nisi q̄n bonū p̄iculare includit̄ in bono cōi. Aliē sequit̄ q hō magis deberet eligere salutē vni cōitat̄ q̄ sui ipsi. z se dam nari q̄ vna cōitatē cui nō esset ps. qd̄ est falsum. **¶** Sed dubitat̄ h̄ qd̄ sit finis vltim⁹ natural̄ creature rōnalis. vtz de seu fruitio dei. Et circa h̄ pono aliquas propositiōes. **¶** Prima est q fruitio dei nō est finis natural̄ creature rōnal̄ in quē tendit̄ tāq̄ i finez sui appetit⁹ natural̄. Patet. qz si ita esz ille finis est q creatura rōnali naturalit̄ acq̄sibil̄. zc. **¶** Secūda ē q creatura rōnal̄ nō tēdit i deū tāq̄ i finē vltimū sui appetit⁹ natural̄. Patz. qz alit̄ sequit̄ q natura possz h̄mōi finē h̄re naturalit̄. **¶** Tertia est q creatura rōnalis tēdit i seipam. i. i p̄uationē z in bonū suū ipsi tāq̄ i finē vltimū sui appetit⁹ natural̄. patz ad experientia cuiuslibz zc. **¶** Quarta est q creatura rōnalis appetitū rōnali z libero pōt z d̄z tēdere i aliud q̄ in seipam tāq̄ i finē vltimū. s. in deū. Patet ex p̄dicis. **¶** Sed p̄ma propositiōe instat qz creata rōnalis naturalit̄ appetit suā beatitudinē s̄z ipa fruitio est ei⁹ beatitudo. Igit̄ eā naturalit̄ et appetitū naturalit̄ appetit. Et vltra. igit̄ ē sibi naturalit̄ possibil̄. qz appetit⁹ natural̄ nō appetit sibi naturalit̄ impossibilē. **¶** Pro isto pono alias p̄des. **¶** Prima est q creatura rōnalis si nūq̄ audiuisset loq̄ de beatitudine quā speram⁹. eā nō appeteret appetitū naturalit̄ distincte z absolute. Patz. qz ignoraret istā beatitudinē nec ad ei⁹ cognitōz possz venire p̄ naturalē rōem. **¶** Secūda ē q creatura rōnalis beatitudinē quā speram⁹ appetit appetitū naturalit̄ z p̄fuse. patz. qz q̄libet tal̄ naturalit̄ appetit q bñ sit sibi. z q nihil tristabile vlt̄ p̄riū sustinet. z h̄ est beatitudinē appeterē. sal tē p̄fuse. s̄z ex h̄ nō sequit̄ q beatitudo sit creature rōnali naturalit̄ possibil̄. q̄uis sic dicitū ē naturalit̄ appetat. **¶** Cū sit tertia p̄o. creatura rōnalis appetitū naturalit̄ z p̄fuse bñ appetit aliqd̄ qd̄ est sibi naturalit̄ impossibilē z appetitū rōnali etiā distincte bñ appetit qd̄ ē sibi simplr̄ impossibilē sic q nō possit trīstari vlt̄ dolere zc. **¶** Quarta ē q creatura rōnal̄ rōnabilit̄ nō appetit distincte z absolute sibi i possibilē qd̄ credit eē tale. patz fact̄. **¶** Et dico qd̄ credit zc. qz aliq̄s rōnabilit̄ in casu appetit sibi impossibilē. qz nō credit illud eē sibi im-

possibile. dico etiā absolute. qz aliq̄s sub p̄ditōe i casu rōnabilit̄ appetit qd̄ credit sibi esse impossibile sic penitēs appetit p̄ctm̄ p̄teritū nō fuisse sub p̄ditōe si h̄ esset possibile. n̄ tñ debet absolute. qz licet q̄s debeat simplr̄ z absolute appetere aliqd̄ qd̄ nescit euidēter esse sibi possibile. sic esse beatuz eternalit̄. nō tñ debet aliq̄s sic appetere qd̄ credit sibi iposibile. Et sic pz ad rōem. **¶** Ad quartā dico. p̄mo q phi etiā sequēdo rōem naturalē multa posuerūt q̄ nō euidēt̄ pbauerūt s̄z solū p̄suasive z dialectice. imo pauca demōstrauerūt euidēt̄. multa etiā posuerūt sine maḡ p̄batione miscēdo se opinionibz vulgi z legibus zc. **¶** Secūdo dico ad auctoritatē apli q an̄ ortū p̄hoz magnoz fuerūt patriarche z cult⁹ dei sūt reuelat⁹ hoībz. z iō phi hoc sciuerūt. z tñ qdam eoz eū nō coluerūt. sed timore tyrannoꝝ vt eis placeret coluerūt ydola. z illi fuerunt inexcusabiles. z hos reprehendit apostol⁹. **¶** Sed p̄tra. apostolus dicit̄ inuisibilia dei. zc. ergo hoc potuerūt p̄ rationem phi naturalē pbare. **¶** Dic̄ dico tertio q licet potuissent h̄ aliqua naturali rōne p̄suadere. nō tñ euidēter pbare. similiter habit̄a reuelatōe q d̄ est credēti deū esse multa possunt ex cognitōe creaturaz̄ concludi de deo que aliter non cōcluderēt̄. Et ideo pz ad rationē. **¶** Quarto dico ad cōfirmationē q aliquid p̄cipitur iure naturali dupliciter. Quo modo exp̄se z formalit̄er sicut illud h̄ facias alijs qd̄ tibi vis fieri. Alio modo latent̄ z virtualit̄er z quasi i antecedēt̄. et ista sunt adhuc i duplici differētia. qz sequit̄ aliquid vel euidēter vel solū p̄sequētia fidelit̄er credēda. Illa ergo q̄ p̄mo modo p̄cipiūt iure naturali vel ex eo euidēt̄ sequūt̄ur cognouerunt phi euidēt̄ nō alia sicut sunt illa q̄ i euangelio habent̄ p̄ maior̄ pte. z tale est deum esse summe diligendū. quare. zc. Et hec de tertia p̄clusiōe. **¶** Nūc ad rōes factas in p̄ncipio q̄stionis. Ad p̄mā negat̄ aūs. sic patet in p̄ma p̄clusiōe. Et ad p̄bationē dico. q̄ obiectū fruitōis est iproportionatū fruiti create. loquēdo p̄rie de p̄portione sic mathematici loquūt̄ur. quia sic infiniti ad infinitum nō est p̄portio. sed tamē bene est ei p̄portionatum tali p̄portione que suffic̄ ad vitalē immutationē potēt̄ie p̄ceptiue ab obiecto p̄ceptibili de qua tanget̄ in sequēti q̄stione. ideo transeo. **¶** Ad secundaz̄ etiā negat̄ antecedēs sicut patz ex scda p̄clusiōe. Et ad

debet

naturalit̄

bide quomodo obiectum  
creatur et p̄portionatum  
virtutis creatur

115 hoc pro arḡ q̄ fruitio de reuelatōe  
dicitur q̄ d̄o h̄c q̄ n̄t̄ me q̄ p̄z  
 clusione sequunt aliqua. **P**rimo sequit qꝫ  
 licet aliquã creaturã que sit tres res ꝛ quelibet  
 earũ posse fieri ꝫ absolutã potentiaz dei

possit sine ꝓtradictiõe sustineri. tamẽ hoc de-  
 bet a catholicis negari. **P**rima pars patet  
 ex dictis scõda pars qꝫ uis negat ab aliquibz  
 tamẽ ꝓbat sic. **U**n p isto pono duas reglas.  
**R** **P**rima est qꝫ aliquã ꝓpositiõe posse sine  
 ꝓtradictione sustineri nõ est sufficiens ratio  
 qꝫ talis ꝓpositio nõ debeat negari. patet quia  
 multe sunt veritates ratoabiles ꝛ ꝓbables  
 quaz oppositẽ falsitates possunt sine ꝓtradi-  
 ctione sustineri sicut patet in ꝓhia naturali  
 ꝛc. **S**cõda est omis ꝓpositio debet a carho-  
 licis ꝛ ab omibz negari curꝫ oppositũ circũscri-  
 pta fide apparet euidens in lumine naturali ꝛ  
 hoc nisi ad ꝛcedẽdũ ipam cogat auctoritas  
 fidei. patet clare ꝛc. **E**t hoc arguit sic circũ-  
 scripta fide apparet euidens in lumine natu-  
 rali qꝫ nulla res potest eẽ tres res. ꝛ quelibet  
 eaz. ꝛ nulla auctoritas scripture vel fidei co-  
 git ad concedẽdũ oppositũ in creaturis im-  
 mo magis videt consonũ fidei dicere qꝫ h in  
 finite ꝓfectionis est ꝛ qꝫ solũ ꝓuenit deo rōe  
 sue imensitates. igit ꝛc. **S**ecundo sequit  
 specialiter ex scõda regula qꝫ cõcedẽtes aliqđ  
 vnũ esse plura indiuidua vnius generis vel  
 speciei nõ sunt digni vocari ꝓhi. patet qꝫ illi  
 nõ sunt digni vocari ꝓhi qui ꝛcedunt aliqđ  
 ita difficile ad sustinẽdũ sicut ꝛ ꝓpositio d tri-  
 nitate absqꝫ hoc qꝫ ad h cogant fidei auctori-  
 tate. **I**stud patet qꝫ ꝓprietas ꝓhi eẽ qꝫ innitãt  
 lumini naturali nisi vbi oppositũ docet lumĩ  
 fidei. **S**z sic eẽ qꝫ aliquod genꝫ vel specie ali-  
 quã esse realiter plura indiuidua ꝛ quodlibz  
 illoz est ita difficile ad sustinẽdũ sicut eẽnti-  
 am diuinã esse tres ꝓsonas ꝛ quãlibet illa-  
 rum imo videt aliqđ mō difficultẽ qꝫ fides nõ  
 ponit ꝓsonas distingui eẽntialiter ꝛ tñ duo  
 indiuidua eiusdẽ speciei distinguunt eẽntia-  
 liter ꝛ tñ ad h nõ cogit auctoritas fidei imo  
 forte magis ad oppositũ vt posset declarari  
 sed nõ curo. igit correlatiũ vep ꝛc. **S**  
**S**z ꝓtra ꝓdicta arguit ꝛ ꝓbat qꝫ ꝓpositio de  
 trinitate ꝓplicat ꝛcedit ꝓtradictionẽ. ꝫ quo-  
 tria supponunt. **P**rimũ eẽ vnũ ꝛcessuz in  
 isto articulo scz qꝫ ꝓdictio tñ mētalitẽ eẽ tãra  
 ꝛ tã euidẽs repugnãtia ꝛ impossibilitas sic mē-  
 talis ꝛ vocalis simul. **S**cõdm est qꝫ eẽntia  
 diuina nõ eẽ minꝫ idẽ ꝓzi qđ si nõ eẽt aliqđ res ni-  
 si ꝓat. **T**ertiũ eẽ qꝫ si nõ esset nisi suppositus  
 ꝫ in diuis eẽt ꝓdictio mētalitẽ qꝫ eẽntia di-  
 uina affirmaret de aliqđ de qđ nõ affirmaret ꝫ  
 ꝛ sicut ecõtra. ꝛ etiã eẽt ꝓdictio mentalis qꝫ  
 eẽntia diuina vere negaret de aliqđ de qđ affir-

manifeste  
 nõ sequit ꝫ ꝓdictio si  
 naturali si vna res eẽra  
 tã eẽt plures res

aa  
22

aa  
22

## Questio quinta

sona 1010  
matur pater et cetera. **I**stis suppositis arguo sic si non esset nisi unum suppositum patris in diuinis contradictio mentalis esset quod essentia diuina esset aliqua res et pater non esset illa res vel cetera per tertia suppositionem. Sed nunc sic est quod essentia diuina non minus est pater aut idem patri quod si non esset nisi pater per secundam. ergo minus est contradictio mentalis quod aliquid affirmatur de essentia et non de patre aut negatur vel cetera nunc quod tunc ergo cum tunc esset contradictio mentalis et nunc erit. sed illa non minus est euidenter impossibilis quod vocalis et mentalis simul per primam suppositionem. ergo formalis contradictio est quod essentia non generat et pater generat. **S**ecundo confirmatur sic propter idem proposita inter marcum et tullium contradictio est marcum currere. et tullium non currere sed non est minor idem proposita inter essentiam diuinam et patrem quod inter marcum et tullium ergo non minus contradictio essentiarum est. **S**ecundo arguitur quod illa positio non solum cedit contradictionem mentalem. sed etiam mentalem et vocalem. quia cedit vniuersali et particulari eorum de terminorum et diuersarum qualitatium igitur est. **P**rosequencia patet antequam deus probatur quia concedit istas duas omnes deus generat aliquis deus non generat. de prima patet quia concedit quod deus generat et quod non est nisi unum deus ergo omnis deus generat. de secunda patet. quia cedit quod filius non generat et ille est deus igitur est. **S**ecundo confirmatur quod illa positio cedit duas singulares eorum de terminorum et diuersarum qualitatium. igitur est. **P**rosequencia patet antequam deus probatur. quia concedit istas quod deus generat et non generat ut patet ex predicta ratione. quod cum non sit nisi unum deus habet cedere quod idem deus generat et idem deus non generat. siue quod hic deus generat et hic deus non generat. quare est. **T**ertio principaliter arguitur per quo supponitur quod aliquid implicat contradictionem licet non explicet illam mentaliter patet. quoniam alias frustra laborarem ostendere aliquid implicare aut ducere ad contradictionem. Nam quocumque dato aut illud est contradictio mentalis et vocalis manifesta et sic non oportet illud reducere ad contradictionem quia iam est reductum vel est solum mentalis contradictio et dictum est prius quod illa euidenter est contradictio et repugnantia sicut vocalis et mentalis simul. et sic non oportet etiam illud reducere nisi forte per definitionem quod nominis. vel non est manifesta sed est reducibile ad contradictionem et sic illud implicat nec explicat est. Tunc arguitur sic aliquid solum implicat contradictionem et ea

non explicat et tamen illud non potest sustineri sine contradictione sicut est illud diametrum est sicut id est diametrum est mensurabilis coste. sed non magis potest sustineri probabiliter positio trinitatis quam illud. quod tamen non potest sustineri ut dictum est. igitur nec positio illa est. **N**on magis probabiliter est. patet quod negatur vias seu modos arguendi per quos reduceretur ad contradictionem ita apparet sicut sunt illi per quos alia ad contradictionem reducitur. imo forte eosdem. **S**ecundo confirmatur quia nulla est positio quin equaliter probabiliter sustineretur sicut ista sine contradictione. igitur ista non probabiliter sustinetur prosequencia patet ex dictis sed antequam deus probatur quod si sicut aliqua deest illa et ostendatur quod sit est. Unde si esset aliqua diuina maxime videretur ista positio scilicet quod aliqua res esset necessaria et esset res principis sed pari modo quo sustinetur positio de trinitate posset illa positio sustineri pura quod a. esset. b. quod non posset non esse et esset. c. quod potest non esse et istud non potest probabiliter sustineri igitur nec positio trinitatis. **Q**uarto arguitur sic positio trinitatis non probabiliter sustinetur quam oppositum alicuius principii per se notum sine contradictione. ergo non probabiliter sustinetur est. **P**rosequencia tenet. quia tale non probabiliter sustinetur sine contradictione. Alias enim nihil esset quoniam probabiliter posset sustineri sine contradictione quod est falsum et contra suppositionem quartam. **Q**uod tamen patet quoniam opposita principiorum per se notorum minus potest probabiliter sustineri sine contradictione quam aliquid aliud eo quod sunt immediatus contra principium principii in quo fundatur contradictio. Sed antequam deus probatur principale patet quoniam equaliter vel facilius sustineretur quod a. est equaliter. b. et tamen a. et c. non sunt equalia quod est contra illud principium quocumque vniuersum sunt equalia est. sicut sustineretur quod pater est ista essentia diuina et filius est illa eadem tamen filius non est pater. **S**ecundo confirmatur sic causa defectus apparet maior ad huiusmodi positionem sustinendam quam causa apparet sit magna. igitur est. **P**rosequencia videtur nota antequam deus probatur quia si non deus generat causa apparetie quod maior est parte et improbabili imo fuit improbatum. quod prima huiusmodi ar. secundo. Ad ista per ordinem. **A**d primam rationem quibus tertia suppositio posset calumpniari quod est vna predictio onalis cuius antequam deus probatur est impossibile ex quo sequitur quod libet et per consequens oppositum consequentis sicut illud per consequens. tamen quod per huiusmodi non euaderet difficultas id ad formam rationis negatur per consequentia. et ad probationem quod non minus est impossibile nunc quam tunc. Dicendum est

# Primi sententiarum

co. q̄ nūc q̄ eētia diuina idēptificat cū alio  
supposito q̄ cū supposito p̄is ideo nō est nūc  
ipossibile imo necessariū q̄ diuina eētia af-  
firmet de aliq̄ de q̄ nō affirmet pat. s; tūc fo-  
ret impossibile scz si eētia nō esset alia res q̄  
pater nec econtra. **A**d cōfirmationē dico  
q̄ idēptitas inter a. z. b. p̄cise sumpta nō ē ra-  
tio sufficiens ad pbandū q̄ si de a. affirmat ve-  
re aliqd̄ p̄pter hoc debeat illd̄ de b. affirma-  
ri sed yltra idēptitatē inter a. z. b. requirit q̄  
neutrū eoz idēptificet cū aliquo a quo nega-  
tur reliquū. mō sic nō est inter eētia z. patrē  
q̄uis sic sit inter marcū z. tullīū. **A**d secu-  
dam rationē notandū est vt dicit De kam q̄  
iste termin⁹ de q̄uis ex mō significādi habe-  
at supponere p̄ supposito in tantū q̄ si supposi-  
tū realiter differret a diuina eētia sicut nō  
suppositūz verbi differt realiter a natura sua  
humana. iste termin⁹ de ex modo suo signi-  
ficandi. nō supponeret nisi p̄ supposito nō pro  
natura z. si ex vsu loquētū aliq̄n supponeret  
p̄ natura h̄ nō eēt nisi rōe alicui⁹ adiuncti zc.  
Tamē q̄ natura diuina z. suppositū sunt vnū  
simpliciter. Ideo ex vsu sanctorū loquētū et  
maxime p̄pter hereticos ne det eis occasio er-  
randi z. decipiēdi simplices q̄ nesciūt virtu-  
tē s̄monis. iste termin⁹ de supponit p̄ natura  
z. p̄ supposito respectu om̄is p̄dicati qd̄ p̄t cō-  
petere nature z. supposito sic q̄ loco isti termi-  
ni licitū est ponere respectu talis p̄dicati taz  
naturā q̄ suppositū. **S**; respectu p̄dicati qd̄  
p̄cise pōt cōpetere nature p̄cise supponit p̄ na-  
tura. z. respectu p̄dicati quod pōt p̄cise cōpe-  
tere supposito p̄cise supponit p̄ supposito. **U**n-  
siue h̄ sit ex modo significandi termini aut d̄  
virtute s̄monis vl̄ solū ex vsu z. bñplacito lo-  
quentiūz nō est vis. tñ rōnabilit̄ possum⁹ sic  
vti. tñ p̄pter hereticos q̄ si ille termin⁹ p̄cise sic  
supponeret p̄ supposito mlte p̄positōes eēt d̄  
s̄tute sermōis p̄cedēde q̄s heretici p̄ponētes  
simplicibz facerēt eos credere pluralitatē de-  
ozū z. multitudinē diuine essentie. **T**ū etiā p̄-  
pter idēptitatē dei z. deitatē q̄ ei sunt simpli-  
citer idē. iō q̄cquid p̄dicat̄ deo z. de deitate et  
ecōuerso. nisi cui⁹ oppositū habet ex fide. q̄re  
nisi aliqd̄ tale obsit iste termin⁹ p̄ supponit p̄  
diuinitate z. supposito. **U**. **E**xistis se-  
quunt̄ alique p̄positiones. **P**rima est q̄ h̄  
est simplicit̄ d̄ virtute sermonis concedēda  
de⁹ generat deū. patet q̄ h̄ ponit aliqd̄ quod  
p̄cise est cōpetere supposito. iō p̄cise supponit  
p̄ supposito. z. iō sicut hec ē vera. pater gene-

rat filiū ita etiā illa ē vera de⁹ generat deū. Et  
si dicat̄ ergo vel se deū vel aliu deū magister  
negat p̄ sequētia. tñ p̄bat̄ ad bonū sensūz di-  
co q̄ hec est de s̄tute sermonis p̄cedēda de⁹  
generat aliu deū scz aliu deū in p̄sona nō in  
eētia. id est alia p̄sona q̄ est de⁹. **N**ec istud a-  
liquo mō est incōueniēs bñ intelligētibz euz  
li de⁹ ibi vtrobiz capiat̄ p̄sonalit̄ nō eētia/  
liter. **S**ecūda p̄positio q̄ h̄ est de s̄tute ser-  
monis p̄cedēda de⁹ nō generat deū patet q̄a  
fili⁹ nō generat deū iō scdm̄ artē z. formā lo-  
gice terminus non habet aliū et alium mō-  
dū supponendi in affirmatiua z. negatiua. iō  
sicut ista de⁹ generat deus verificat̄ p̄ patre.  
sic ista deus nō generat deū p̄ filio z. sp̄sctō  
Aliquitamē negant illas p̄pter hereticos ne  
decipiant simplices inferentes q̄ si deus nō  
generet deū q̄ ergo ibi nō sit aliquis fili⁹ ge-  
nitus quia ex vsu loquentū p̄pter idēptita-  
tem dei cū quolibet qd̄ est in diuinis deno-  
tatur q̄ nihil quod est realiter deus gene-  
re deum. z. sic de istis deus nō est pater deus n̄  
est filius. sed p̄m̄ us modus dicendi magis ē  
formalis z. iam satis in vsu nec est p̄eric. aluz  
illam z. similes concedere. **T**ertia p̄posi-  
tio est q̄ hec est de virtute sermonis. negan-  
da om̄is deus generat deū patet quia hic li-  
de⁹ nō supponit essentialiter vt p̄t p̄ p̄dicta z.  
sic etiā esset falsa supponit ergo personaliter  
z. sic est falsa. sicut ista om̄is persona diui-  
na generat deum. Ex quo patet ad rationem  
nec valet p̄batio deus generat z. non est nisi  
vnus deus igit̄. om̄is deus zc. quia in p̄ma-  
li deus capimr personaliter in scda essentialiter  
z. sic variat̄ suppositio. q̄re zc. **Q**uar-  
ta p̄positio est q̄ hec est de virtute s̄monis ne-  
ganda deus generat z. idē deus nō generat.  
Et similiter ista copulatiua. hic deus gene-  
rat z. deus nō generat eodē supposito demon-  
strato. patet quia hoc esset formalis p̄tradi-  
ctio sed p̄ diuersis suppositis ille due singula  
res sunt vere sed tñc nō sunt contradicto-  
rie vt patet. Et sic apparet ad cōfirmationē  
Nam ad p̄bationē negat̄ consequentia sicut  
p̄us zc. **A**d tertiā concessa suppositione z.  
maior rōnis potest negari minor scilz q̄ nō  
magis pōt pbabiliter sustineri sine contradi-  
ctione positio trinitatis q̄ q̄ diameter est si-  
meter. Istud potest negari z. ad p̄bationem  
etiā potest negari assumptū scz q̄ cōsequētie  
p̄ quas illud demonstratur esse impossibile  
nō sunt apparentiores imo minus vel eedez

# Questio quinta

illis que negant ad sustinendū positionē trinitatis. Et causa potest dici qm̄ diametrum eē simetrū potest ostendi impossibile p̄ sequētiās regulatas p̄ dici de om̄i aut de nullo v̄l per reducibiles ad eas modo nulla talis negatur ad sustinendū positionē trinitatis vt post ostēdet zc. ¶ Ad confirmationē qm̄ dicitur nulla est positio quin eēliter pbabilr zc. negat hoc antecedēs z quādo dicitur detur illa. hic potest dici q̄ illa positio p̄ quā negatur forme regulate p̄ dici de om̄i vel de nullo nō esset pbabilr sustinibilis z tñ nō possz p̄rie reduci ad contradictionē p̄tra p̄teruum z logicū. quia fieret petitio p̄ncipiū zc. Sz qm̄ vltra dicit q̄ si eēt aliqua dabilis maxime zc hoc negari potest sicut patet ex immediate dicto. vnde siue hoc possit pbabiliter sine contradictione sustineri siue nō. nihil sequitur p̄cedēdo tamē bene q̄ sic dicēs nō possit euidenter duci ad manifestā contradictionē nec etiā cogeret negare formas sillogisticas regulatas p̄ dici d̄ om̄i aut p̄ dici de nullo. zc. ¶ Ad quartā i qua tangit q̄ nō plus potest pbabiliter sustineri sine contradictione positio trinitatis q̄ illa positio que poneret q̄. a. z. c. nō sunt eēlia cui tamē oppositū reputat p̄ncipiū per se notū. Hic potest multipliciter respondēri. Uno modo posset dici q̄ si ad vnuz nō plus eēt auctoritas vel pbabilitas aliunde q̄ ad aliud argumentū. p̄cederet sz nō est hoc saltē de auctoritate clarū est zc. Alio mō potest negari assumptū quia etiā aliqui phi antiqui sicut plato ponens ideas vt recitat Aristoteles. vij. methaphisice p̄cedebāt eandem rē vniuersalē esse plures res singlares q̄ positio nō minorē habebat difficultatē q̄ nos ad saluandū trinitatē. Similiter multi posuerūt z reputati subtiles sicut Scot⁹ eādē humanitatē eē plures homines qd̄ non minus videt̄ difficultatē positio de trinitate tamē isti nūq̄ p̄cessissent eē possibile q̄ duo fuissent vni z eidē equalia. z tamē nō eēt inter se equalia. Alio modo potest dici q̄ vocādo illud pbabiliter sustineri sine contradictione qd̄ nō potest duci ad contradictionē manifestam in lumie naturali p̄ sequētiās regulatas p̄ dici de om̄i aut de nullo tūc vtrūq̄ potest sustineri sine contradictione vt bene arguitur. Alio mō potest dici q̄ p̄rie loquēdo ad hoc q̄ aliqd̄ dicat pbabiliter sine contradictione sustineri nō sufficit illud quod nūc imediate dicitur est. sed illud requirit z vltra hoc q̄

possit imaginari z ad eius apparentiā possūt aliq̄ rationes pbabiles fieri vt tangebāt in tertia p̄clusionione p̄mi articuli. hoc aut̄ pot̄ esse in positione de trinitate z nō in alia. quare zc. ¶ Ad confirmationē quādo dicit q̄ cā apparentie falsitatis in h̄mōi positione est maior q̄ causa apparentie veritatis dico q̄ in illo qui credit hoc nō est vez quia credere est apparere vez. Sed de hac materia satis alias dictū est. ideo nō plus dico nūc zc. ¶ Exp̄dictis sequunt̄ aliqua. ¶ Primo sequit̄ q̄ valde piculosum est imperitos aliqd̄ diffinire in materia de trinitate aut in eadē ex proprio capite respondere. patet qm̄ aut tales sciūt diff̄ferentiaz inter sillogismos bonos z p̄alogismos z tunc non essent imperiti aut nesciunt z sic aut indifferēter negabūt vtrūq̄ scz bene regulatū z male regulatum aut p̄cedēt vtrūq̄. Si p̄mū hoc est maximū incōueniens quoniam illa positio vt dictū est esset irrationabilissima que negaret omnē formas etiam nō petentē p̄ncipiū. Itē ex alio patet hoc esse incōueniens quoniam ostēdit̄ potest infidelis in logica erudito q̄ maior est apparentia p̄teruitatis negare sillogismū bene regulatuz p̄ dici d̄ om̄i q̄ illū que oportet negare p̄ter positionē trinitatis. Itē tales quantum in eis est exponerent fidē nostrā derisioni. Si aut̄ detur scdm̄ scz q̄ p̄cedāt vtrūq̄ valere zc. satis patet q̄ ipi statim p̄cedent hereticū quia in n̄ regulato stat p̄missas esse veras z catholicas z p̄clusionē eē hereticā vt post patebit. ¶ Secundo sequit̄ q̄ valde vtile est studere in materia trinitatis quia valet vt sciam⁹ eam sustinere sine contradictione vt patebit in hoc articulo z absq̄ forme bene regulate negatione. vt patebit in sequēti articulo vbi dabitur ars recte sillogisandi i hac materia. id̄ apparet blasphemia quorūdā impitoruz catholicorū maxime iuristarū p̄latorū z alioruz qui dicunt inutile esse de hac materia disputare sed sufficit simpliciter credere sed anathema sit qui hoc dixerit. arbitroz eniz vtilis ep̄m de hac magna disputare q̄ de secularibus vetularū negotijs z vtilibilitijs discipulare. ¶ Quantū ad tertiuū articulu in q̄ videndū vtrū positio de trinitate possit sustineri sine forme sillogistice z alterius bone p̄sequentie negatōe. Primo p̄mittā quādam p̄sequentias que negant z videntur formales. Scdo ponā ad articulu p̄clusionōes r̄n̄sales. Tertio ostendā illozū p̄alogismoz

no sup̄nat⁹ pote illud qd̄ non dicit  
q̄ qd̄ dicit q̄ illa humanitas q̄ dicit p̄  
fuerit p̄ h̄ nō dicit q̄ sit sup̄nat⁹  
no q̄ sit plures h̄ores

no dicitur solent  
p̄ platorū nostrorū

soluciones. **¶** Quantū ad p̄mū p̄ma instan-  
tia est de sillogismis expositorijs sic sunt isti  
hec essentia est pater hec essentia est filius er-  
go filius est pater. Itē hec eētia nō generat  
hec essentia est pater ergo pater nō generat.  
**¶** Item iste pater generat. Iste pater est hec es-  
sentia ergo hec essentia generat. **¶** Item. Iste  
pater generat. hec essentia non generat. er-  
go hec essentia non est iste pater. **¶** Secunda  
instantia est de sillogismis nō expositorijs s;  
ex cōibus terminis sicut sunt isti om̄is essen-  
tia diuina est pater ois filius est eētia diui-  
na ergo om̄is filius est pat. itē nulla essentia  
diuina generat om̄is pater est eētia diuina  
ergo null⁹ pater generat. p̄mus est in barba-  
ra. scōs in celaret q̄ sunt modi euidentissimi  
arguedi z p̄similiter posset dari instantia in  
om̄ib⁹ alijs modis. p̄stat aut q̄ in p̄dictis p̄-  
missis p̄cedunt catholice z p̄clusiones sunt he-  
retice. igit̄ p̄sequētie sunt negande zē. **¶** Ter-  
tia instantia est de p̄sequētijs nō sillogisticis  
sed p̄uersiuis sicut sunt iste. nulla eētia diui-  
na generat ergo nullū generas est eētia di-  
uina. Om̄e generans est eētia diuina ergo  
aliqua essentia diuina generat. p̄ma est con-  
uersio simplex. scōa p̄ accidēs z in vtraq; an-  
cedens est catholice z p̄sequens hereticū vt  
patet igit̄ sunt negande z p̄sequēs videt̄ q̄  
p̄dicta positio de trinitate nō possit sustine-  
ri sine bone p̄sequētie negatione. **¶** S; p̄dictis  
nō obstantib⁹ pono tres p̄clusiones quaruz  
Prima est q̄ positio de trinitate potest susti-  
neri sine forme sillogistice aut alterius bone  
cōsequētie negatione. p̄bat sic q̄ positio de  
trinitate est vera similiter om̄is forma sillo-  
gistica aut bona p̄sequētia est positio veraz  
necessaria sed om̄e verū potest sustineri abs-  
q̄ negatione alicui⁹ veri. quia s̄m Aristotēle  
om̄e verū om̄i vero cōsonat nec aliqd̄ verū al-  
teri vero repugnat. igit̄ zē. **¶** Secunda cō-  
clusio est q̄ om̄es p̄dicti modi arguedi sunt  
p̄alogismi siue sophistici. p̄batur. quia sunt  
modi arguedi apparētes z nō existētes igit̄  
zē. p̄sequētia est clara. z antecedēs patet. Pri-  
mo q̄ sunt apparētes notū est quia circūscripta  
fide z lumine naturali apparerent euidentes  
sed q̄ sint nō existētes patet quia in om̄ibus  
cōsequēs est falsum sed impossibile est ex vero  
sequi falsum. igit̄ om̄es peccant vel in mate-  
ria vel in forma cōi. q̄re zē. **¶** Tertia p̄clusio  
est q̄ pure creditū est nec ē euidēs in lumine  
naturalī q̄ p̄dicti modi arguedi sunt p̄alo-  
gismi siue sophistici. p̄batur. quia licet per si-

dem credam⁹ q̄ oēs illi peccāt in materia vt  
in forma tamē per artē logice seu quāuis ali-  
am nō possumus euidenter ostendere in lu-  
mine naturali q̄ nō sunt boni. ostendere zē.  
**¶** Hunc ergo restat ostendere q̄liter s̄m  
fidē habeam⁹ ad dictos p̄alogismos r̄ndere  
**¶** Unde ad p̄mā instantiā que est de sillo-  
gismis expositorijs notandū est q̄ ad hoc q̄  
aliquis sillogism⁹ sit expositori⁹ z sit bon⁹ de  
forma requirit q̄ in mediuz ei⁹ supponat p̄ vna  
re z nō p̄ plurib⁹ z si supponat p̄ plurib⁹ reb⁹  
distinctis nō est expositori⁹ vel saltē nō est bo-  
nus. Et hoc patet. Ex quo sequit̄ q̄ null⁹ sil-  
logismus cuius mediuz est termin⁹ essentia-  
lis est p̄rie sillogism⁹ expositori⁹ secus si me-  
diuz sit termin⁹ p̄sonalis aut imediate suppo-  
nens p̄ persona. patet ex dictis in scōo articu-  
lo quia om̄is termin⁹ essentialis s̄p supponit  
p̄ pluribus. adeo ibidē dictū fuit q̄ iste termi-  
nus hec essentia diuina nō est p̄rie singulari⁹.  
Non sic aut de termino p̄sonali. zē. quare zē  
**¶** Secūdo sequit̄ q̄ duo p̄alogismi p̄me-  
stantie nō sunt p̄rie sillogismi expositori⁹. pa-  
tet quia ibi mediuz est iste termin⁹ hec eētia  
quare zē. Nō sic aut de alijs duob⁹ quia me-  
diuz est termin⁹ p̄sonal⁹ vt p̄t̄ zē. **¶** Scōdo no-  
tandū est q̄ siue illi p̄alogismi om̄es vocent̄  
sillogismi expositori⁹ siue nō q̄ de om̄ib⁹ nō  
est curandū cum significēt ad placitū. tamē  
dico q̄ illi modi arguedi nō valent in diui-  
nis sed solū tenēt in creaturis. Et rō est quia  
sillogism⁹ expositori⁹ fundat̄ i hoc q̄ q̄cūq;  
vni z eidē sūt eadē int̄ se sūt eadē. i. q̄cūq; res  
est aliqd̄. ipa est q̄cūq; est illud. modo istud  
de directo z simpliciter negat̄ in diuinis quia  
ibi p̄cedit q̄ vna res est tres res z quelib⁹ ea-  
rum. sed illud fundamentū nō d̄bet negari  
in creaturis vt patet ex dictis in scōo articu-  
lo. quare zē. Et quo sequit̄ q̄ null⁹ sillogism⁹  
expositori⁹ est p̄sequētia formalis. patet q̄ cō-  
simili forma retenta nō valet in om̄ib⁹ termi-  
nis vt pat̄ ex dictis. **¶** Secūdo sequit̄ q̄  
sicut catholicus negat sillogismū expositori-  
um in diuinis. sic p̄hus si ponerz aliquā cre-  
aturā eē tres res z quālibet earz haberet ip̄m  
negare in creaturis. patet ex dictis quia illa  
est tota rō quare negat̄ i diuinis. q̄re zē. **¶** Ad  
scōdam instantiā q̄ est de sillogismis ex cōibus  
terminis sūt diuersi modi r̄ndendi. Quidā em̄  
dicūt q̄ i illis p̄alogismis est fallacia figure  
dictōis vt accidentis. Et licet ista positio pos-  
sit totalit̄ exponi q̄ coincideret cū vera solu-  
tione. m̄ de p̄tute p̄monis illa positio h̄ nō p̄-

hic termin⁹ hec essentia diuina  
p̄ p̄rie singulari⁹

tendit sed magis vñ absonū inducit reddē  
do causam quia scilicet propter variationez  
predicationis in maiori et minori nō sequit  
cōclusio. Sed ex tali dicto sequeret q̄ talis  
sillogismus oīnis homo est animal albū est  
homo ergo albū est animal nō valeret. quia  
in maiori genus predicat de specie et i mino  
ri species de accidente. ideo p̄dicta respōsio  
est oīno absurda nec est alicui⁹ apparētie ap̄d  
intelligētes. ¶ Ad improbandū autē ip̄am  
magister Greg. infert q̄ sequit q̄ mlte demō  
strationes nō valerent sed ip̄e petit p̄ncipiū  
quia illd qd̄ dicit ē magis incōueniēs q̄ ne  
gare demōstrationes illas esse demōstrationes  
in quib⁹ esset talis variatio p̄dicatōnis. ideo  
de ista opinione nihil plus Alij dicunt sicut  
recitat Gregori⁹ q̄ talis modus arguendū n̄  
tenet in diuis eo q̄ ibi vna res est plures res  
et quelibet illarū sed in creaturis tenet quia  
nulla est plures res et quelibz illaz. ¶ AA  
Sed istā solutioē magister Gregorius  
reputat oīno irrationabile. Et ratio eius est  
q̄ sic dicentes tollunt omnē viā ad p̄bandū  
v̄l improbandū aliqd̄ circa diuina. Nā cū catho  
lici arguēt p̄tra hereticos quātūcunq̄ bene  
regulēt argumentū dicent heretici argumē  
tum nō valere sicut dicunt catholici S̄z sal  
ua reuerētia magistri Gregori⁹ si ista solutio  
velit dicere sicut eius v̄ba p̄tendūt q̄ in tali  
mō arguendū in creaturis nunq̄m cōcluditur  
falsum ex p̄missis veris sed in diuis hoc bñ  
p̄tingit tūc clare patet illud dictū esse veruz.  
Nec rō magistri Gregori⁹ p̄cludit opposituz  
Unde negat sibi q̄ per illud dictū tollat oīs  
viā ad aliqd̄ p̄bandū vel improbandū quoniā  
alius est modus rigorosior qui valet tam in  
diuinis q̄ in creaturis vt patebit. sed tamen  
bene p̄cedo q̄ illa solutio nō est oīno suffici  
ens eo q̄ nō explicat modū arguēdi tenentē  
in oīnib⁹ terminis tam in diuinis q̄ in crea  
turis nō ergo sufficit dicere q̄ illi modū pec  
cant p̄ fallaciā seu q̄ nō tenent in diuinis s̄z  
solū in creaturis id est nō sunt sufficienter re  
gulati vt teneant in oīb⁹ terminis licet in talib⁹  
ex p̄missis veris nō sequit falsum in creatur  
s̄z qd̄libet istoz dictoz sit veruz tñ oportet vl  
tra oīdere q̄liter peccāt et q̄liter dāda sit ars  
formalis et generalis in oīb⁹ terminis arguē  
di. id̄ circa h̄ videnduz est et licet de h̄ diffuse  
tractēt adā et greg. ego tñ volo explicare vñ  
breuē modū mihi placentē et apparentē inter  
oēs formaliores ¶ Pro q̄ p̄mo norandū est q̄

regula per quā tenent oīnes boni sillogisimi  
ex coib⁹ terminis est dici de oī vel dici de nul  
lo sicut dicit p̄bus p̄mo p̄ozū imo addūt alij  
qui q̄ etiā p̄ hanc regulā equaliter regulant  
boni sillogisimi expositozij quia licet aliā ibi  
exp̄mat Aristoteles sc̄z hāc q̄ medio cūte h̄  
aliquid. id est sufficienter p̄prio necesse est ex  
trema p̄iungi. tamē talis mediuz termin⁹ sic  
existens sufficienter p̄prio equiualeat medio  
iurta regulā de dici de oīni vel de nullo dis  
tributo. verbigratia. iste homo currit iste ho  
mo disputat. ergo disputans currit. D̄por  
tet em̄ si iste sillogisim⁹ sit expositozius q̄ ista  
p̄positio iste homo currit valeat istā. quicqd̄  
est iste homo currit. Et ita proporcionabili  
ter de secūda. alias nō estz bonus discursus  
vt patet quia imaginato q̄ natura humana  
esset entitas realis p̄munis omnib⁹ homib⁹  
indiuuiduis nō sequeret hec natura cōmunis  
est fortes. hec natura est plato. ergo fortes est  
plato Et ratio est quia ista hec natura est pla  
to nō equiualeat isti omne qd̄ est hec natura ē  
plato ergo omnis sillogisimus perfectus de  
se euidenter regulatur vere vel per equiuale  
ntiam per dici de oīni aut de nullo quicqd̄  
tamen sit de illo q̄ hic dictum est de exposi  
tozio sillogismo tamē de alijs hoc est certuz.  
¶ Secundo norandū est quid est dici de oī  
et dici de nullo sine sillogismū per ista regula  
ri. vnde dico q̄ dici de oīni ē qñ nihil est su  
mere sub subiecto de quo nō dicat p̄dicatuz  
et sillogism⁹ regulat p̄ dici de oīni qñ cōponi  
tur ex p̄missis et p̄clusiōe i mō et figura dispo  
sitis et p̄missaz vniuersalē denotat q̄ nihil  
sit sumere sub subiecto. de q̄ nō nō dicat p̄di  
catū. S̄z dici de nullo ē qñ nihil est sumere  
sub subiecto de q̄ nō remoueat p̄dicatū et sil  
logism⁹ regulat p̄ dici de nullo qñ cōponit  
ex p̄missis et p̄clusionē dispositis in mō et fi  
gura et p̄missaz vniuersalē dnotat q̄ nihil  
est sumere sub subiecto de q̄ nō remoueat p̄  
dicatū sol⁹ q̄ sillogism⁹ sicut regulat est bon⁹  
BB Et istis sequit aliq̄. ¶ Primo seq̄t  
q̄ si i aliq̄ sillogismo accipiat aliq̄ p̄missa vni  
uersal. q̄ n̄ denotet dici de oī si sit affirmatia  
v̄l de nullo si sit negatia ip̄a n̄ ē sufficiēt vni  
uersal vniuersalitate req̄sita ad regulādū sil  
logismū vt sit bon⁹ de forma ¶ Secōdo seq̄t q̄  
si i aliq̄ sillogismo accipiat p̄missa sufficiēt  
v̄lis s̄z tñ s̄b termino distributo sumat aliqd̄  
p̄ q̄ nō distribuit ille termin⁹ n̄ valz sillogis de  
forma p̄z clare. ¶ Tertio sequit q̄ sillogis

vide quid hic dicat

id sit in oīni v̄l in nullo  
de mille

anynt n̄ 99 p̄missa sum

# ¶ Summi sententiarum

mi facti in secūda instantia z generaliter oēs palogismi ex termis cōibus q̄ p̄nt fieri i hac materia peccant ex eo quia nō regulant p̄ dici de oī aut de nullo z hoc si p̄misse sint vere. **¶** Qd̄ notant addo quia in illis duobus palogismis p̄misse possunt habere talē sensuz q̄ eēt sufficienter vniuersales ad regulandū sillogismū p̄ dici de oī aut de nullo s̄z tūc nō eēt vere s̄z iste mod⁹ dicēdi declarabit i solutione tertie instancie. Si autē p̄misse sint vere patet satis q̄ nō regulant p̄ dici de oī aut de nullo qz p̄clusiones sūt false. sed positio fidei nō habz cōcedere q̄ ex veris seq̄t̄ falsum nec habet negare sillogismū bñ regulatū. quare zc. **¶** Quarto sequit̄ in p̄dictis palogismis seu in q̄buscūqz alijs i hac materia fieri p̄suctis q̄ nulla p̄missa ē simplicit̄ z sufficienter vniuersalis. pater qz nulla d̄notat sufficienter dici de oī. vel de nullo vt patet ex dictis. Et hoc si p̄misse sint vere. Qd̄ addop̄t causam tactā z infer̄t declarandā z sic patet solutio illorū palogismorū. **¶** **¶** S̄z hic videndū est z declarandū quid sit p̄positio sufficienter z simplicit̄ vniuersalis z quale distributiū requirit̄ ad hoc q̄ p̄ eam sillogismus regulet̄ dici de oī aut de nullo in oibus terminis siue in creaturis siue in diuinis. **¶** Unde p̄ isto distinguendū est q̄ p̄positio vniuersalis ē duplex qd̄a est in q̄ de forma sbiectū simplicit̄ distribuit̄ id ē p̄ quā de notat̄ q̄ quocūqz dicat̄ sbiectū de eodē dicitur p̄dicatū si sit affirmatiua sic dicendo oīs res que est. a. est. b. vel q̄cquid est. a. ē. b. Alia est in qua de forma sbiectū nō sic plenarie z simpliciter s̄z scdm̄ quid distribuit̄ vt ista oē a. est. b. Prima potest vocari vniuersalis simpliciter. Scda vero vniuersalis scdm̄ quid. Et ad p̄mā vniuersalē seq̄tur scda z nō ecōtra. vt patet in diuis z licet i creaturis mutuo seiferat̄ qz i eis nulla res ē plures resz q̄libz earū. si tamē aliquis cōcluderet aliquā creaturā esse plures res z quālibet illaz haberet ponere inter eas differentiā. ideo differūt de forma. Prima ergo vniuersalitas siue distributio requirit̄ z sufficit ad h̄ q̄ sillogism⁹ regulatur p̄ dici de oī aut de nullo s̄z nō scda zc. Ex h̄ sequūtur aliq̄. Primo seq̄tur q̄ licz ista signa oīs z null⁹ sint sufficientia distributiua ad faciendū p̄positionē vniuersalē fm̄ qd̄ nō tñ ad faciendū cā vniuersalē simplicit̄ z d̄ forma. pater qz licet sufficienter distribuāt terminum supponentē p̄ creaturis que sunt aut eē

possunt nō tñ sufficienter distribuūt terminum cēntialē in diuinis nec ē euidens vtrū sufficienter distribuāt in creaturis vt patet ex dictis in secūdo articulo z p̄ sequēs nō sūt sufficientia distributiua de forma. Et hoc capiēdo illa scdm̄ vsū cōiter p̄suetū. Quod notanter addo p̄pter illa que dicā in solutōe tertie instancie. **¶** Scdo sequit̄ q̄ ista signa p̄pleta oīs res que est vel nulla res que est aut eis equiualentia sunt sufficientia distributiua ad faciendū p̄positionē vniuersalē simpliciter de forma patet ex dictis. **¶** **¶** S̄z p̄tra oīs res que est pater est pater. filius ē res que est pater ergo filius est pater p̄misse sunt vere z p̄clusio falsa. vt patet z sbiectus maioris est distributū p̄ hoc signū oīs res que est. **¶** Ad hoc respondet q̄ ibi istud signū oīs distribuit hoc totū res que est pater quod est sbiectū p̄positionis z sumendo sub illo nō regulat̄ per dici de oī quia tūc solū oīs est ibi signū quod nō sufficienter distribuit vt dictū est sic aut̄ fit ibi subsumptio quare nō valet discursus. sed tamē in p̄dicta p̄positione est aliud signū scz hoc totū oīs res que est. qd̄ distribuit solū illū terminū pater. qui est sbiectū distributiōis de qua hic loquimur z per sequēs sumptio debet fieri sub illo alias sbiectū distributiōis maioris nō erit p̄dicatū minoris quia ergo i minori p̄dicti palogismi iste termin⁹ pater n̄ est p̄dicatū sed hoc totū res que est pater seq̄tur zc. **¶** Ex h̄ patet p̄tra greg. q̄ ip̄e insufficienter soluit illū palogismū qz ip̄e assignat causam defect⁹ eo q̄ maior nō ē sufficienter regulata. cū dicat̄. oīs res q̄ est pat̄ zc s̄z oportz s̄z ip̄z dicere oīs res q̄ est. res q̄ est p̄ est pat̄. aliter maior nō est sufficiēs p̄ p̄ma figura. vnde ex hac solutōe seq̄tur q̄ nō possent̄ bñ regulare sillogismū i diuis nisi facerem⁹ maiores falsas i p̄ma figura vt p̄tz qd̄ tñ ē absurdū. **¶** **¶** Ulteri⁹ apparet q̄ adā q̄ ip̄e frustra laborat soluere palogismos p̄ circūlocutiōz alicuius termini additi cū medio sic est h̄ circūlocutio idē p̄zi v̄l idē deitati v̄l id qd̄ ē idē vt dicendo omne idēz patri est pater filius est idē p̄zi ergo fili⁹ est p̄z. qz fm̄ aliq̄s p̄misse sūt vere z p̄clusio falsa. Quicquid tñ sit de h̄ siue maior sit vera siue falsa. tñ ali⁹ mod⁹ videt̄ forma lior qz fm̄ illū nō oportet se ip̄licare in talibz circūlocutiōibz q̄ vident̄ oīno volūtarie nec aliquo modo p̄tinere ad formam sillogismi. quare zc. **¶** Tercio sequit̄ q̄ nō est nobis e

duplex p̄positio vniuersalis  
aliqua simpliciter alia de  
secundum quid

q̄ ad d̄p̄tū q̄ requirit̄  
ad hoc q̄ p̄ sillogismū  
z ab h̄

## Questio quinta

uidens quod istud distributiū omnis res que est  
tantū distribuat quātū dici de omni requirit  
pater quia si aliquis poneret quod de posset fa-  
cere quod eēt due creature. b. z. c. z. tū q. a. esset.  
b. z. nō eēt. c. sed eēt b. z. c. licet ista positio esset  
falsa tū nō eēt euidenter impossibilis vt patet ex  
dictis in scō ar. imo quidā magister simile  
cessit d. xpo scz q. xps erat due nature z erat  
natura diuina z nō erat natura humana zc.  
S; tūc patet quod quecūq; res que ē a. ē b. z. tū  
aliquid est sumere sub subiecto de q. nō dici-  
tur p̄dicatū qz. b. z. c. sunt. a. z. tū. b. z. c. n̄ sunt  
b. vt patet in casu zc. Tūc patet quod ad distribu-  
tionē euidenter bonā requirit illud distribu-  
tiū quecūq; res q. est z quecūq; res que sūt  
Apparet in p̄dicto casu. quia tūc nihil est su-  
mere subiecti zc. **EE** Quarto sequi  
ex istis quod min⁹ rigorosa regulatio sufficit ad  
saluandum positionē trinitatis q̄ requirat  
ad hoc quod saluet euidenter dici de omni etiam  
in creaturis. patet ex p̄dictis. quia istud dis-  
tributiū quecūq; res que est sufficit in ma-  
teria trinitatis. s; nō sufficeret in aliquo casu  
imaginabili in creaturis qui casus licet sit i-  
possibilis. tamen nō est euidens. quare zc. Et  
sic patet ad scōam instantiā z ad omnes silēs  
zc. **Ad** tertiam p̄ncipalē instantiā que est  
de p̄sequētijs p̄uersiuis. notandus est quod ista  
ppositio negatiua nulla eētia diuina gene-  
rat. potest exponi dupliciter. Uno modo sic  
essentia diuina nō generat z nulla res ē eētia  
diuina que generet z sic ē vniuersalis sim-  
pliciter z valet ad regulandū sillogismū per  
dici de oi z ad faciendū p̄sequētiā p̄uersiuā  
sed sic ipa est falsa. Alio mō potest sic exponi  
essentia diuina nō generat nec est aliqua es-  
sentia diuina que generet z sic nō est vniuer-  
salis simpliciter sed tūc fm quid. z est vera sed  
nō valet ad sillogisandū. z p̄sequēs nec ad  
conuertendū. licet in creaturis nō sit dare silē  
quia nō est talis res zc. **FA** Secun-  
do notandū quod etiā illa ppositio affirmatiua  
omne generās est eētia diuina pōt similiter  
dupliciter exponi. Uno modo sic aliquod ge-  
nerans est eētia diuina z nulla res est gene-  
rans quin sit eētia diuina z sic ē simpliciter  
vniuersalis z vera z potest p̄uerti in istaz. ali-  
qua essentia est generās id est res generans  
capiendo li generans substātiue a parte p̄di-  
cati sicut a parte subiecti. sed licet ista vniuer-  
salis sit vera tamē aliqua alia cōsimilis sic ex-  
ponendo esset falsa sicut ista ois essentia di-

uina est pater vt notūm est. Alio modo po-  
test sic exponi aliquod generans est essentia  
z nullū est generans quin sit essentia. z cōsi-  
militer illa omnis essentia diuina est pater. et  
sic nulla est simpliciter z sufficienter vniuersalis  
ad sillogisandū vel ad conuertendū de  
forma. licet gratia materie valeat in creatu-  
ris sic quod nunq̄ ex vero sequitur falsum p̄pter  
causam iā sepe dictā. sed si deus faceret vnā  
rem esse plures res z quālibet illarū. contin-  
geret in creaturis sicut in diuinis z sic patet  
ad illas p̄sequētijs conuersiuas z pari mo-  
do ad omnes alias. **U** Et istis patet vnus  
breuis modus z utilis respōdendi ad omnes  
paralogismos per distinctionē ppositionum  
vniuersaliū modo iam dicto quia scōm vniuersaliū  
sensum taliū ppositionū hoc signū omnis ē  
qualecūq; huic distributiū omnis res que est  
zc. Et nullus. nulla res que est z cetera.

**BB** **U** Et si queratur quē predictorū sen-  
suum faciunt ille ppositiones de virtute ser-  
monis. **U** Ad hoc potest dici quod exercitatis  
in materia trinitatis tales ppositiones sunt e-  
quiuoce nisi aliquis sit qui semper velit eis  
viri vno sensu z nō in alio. nō exercitatis aut  
videtur prima facie quod faciant secundus sen-  
sum z videtur vsus cōmuniō. **U** Sic ergo  
patet quomodo positio trinitatis potest su-  
stineri sine bone consequentie negatione. z h̄  
de tertio articulo. **U** Ad rationes p̄ncipa-  
les. **U** Ad primā dico nego antecedens vt  
patet ex tertia conclusione primi articuli. Et  
ad probationē dico quod imaginari multiplici-  
ter potest capi. **U** Uno modo idē est quod  
mente concipere. z isto modo nō solum ve-  
ra sed etiam impossibilia z contradictoria p̄nt  
imaginari qz nō est aliud q̄ mēte formare ali-  
quā ppositionem. Alio modo idē est quod mē-  
te formare aliquā ppositionē cū apparentia  
quod ita sit vel cum apparentia quod nō sit repugnā-  
tia quin ita possit esse z isto modo dicūt mul-  
ti quod contradictoria nō possunt imaginari. S; sic  
loquendo concedo quod positio de trinitate  
est imaginabilis a viatore. Unde Augusti-  
nus loquens de ipa p̄mo de trinitate. Ado-  
ratur inquit creditur z intelligitur. Et si ali-  
que auctoritates inueniantur dicere quod ipas  
imaginari aut capere nō possumus intelli-  
gendum est quod nō perfecte z clare sed tamen  
imperfecte z enigmatische zc. **U** Ad scōam z ter-  
tiā patet ex scōo z tertio articulis. Et h̄ de q̄  
stione zc. **UA**

in quibus vis

non h̄t m̄ m̄ d̄

de p̄sione illaz p̄p̄ositionū

**C**irca materias  
trinitatis et personalis distinctionis.

Et ad maiorem declarationem precedentis questionis quero adhuc utrum aliqua distinctio sit in deo concedenda. alia a distinctione reali trium personarum in una essentia. ¶ Arguit primum quod sic quod aliqua est distinctio in deo inter essentiam et personam siue proprietatem personalem et illa non est distinctio realis. igitur etc. ¶ sequentia patet et minor apparet quia essentia est persona siue proprietatem personalem et similiter e contra. sed maior probatur quia de essentia et persona siue proprietatem personalem verificatur contradictoria ex natura rei ergo non omnino idem ex natura rei. consequentia videtur nota sed assumptum patet quia essentia non generat et pater seu paternitas generat similiter est essentia communicabilis siue persona siue proprietatem persone non est communicabilis. quare etc. ¶ Secundo sic aliqua est distinctio in deo inter perfectiones attributales et perfectionum attributalium ad diuinam essentiam et illa non est distinctio realis. igitur etc. ¶ sequentia patet et minor similiter apparet. Quia quicquid est perfectio attributalis est diuina essentia et similiter e contra. sed maior probatur quia secundum Augustinum. xv. de trinitate. c. v. omnes diuine perfectiones sunt equales sed equalitas non est nisi inter aliquo modo distincta. Similiter essentia diuina est fundamentum omnium perfectionum attributalium. nulla autem talis perfectio est fundamentum omnium perfectionum quia non sui ipsius ergo inter essentiam etc. ¶ Tertio. aliqua est distinctio in deo inter ideas rerum producibilium et illa non est realis. igitur etc. ¶ sequentia patet et minor apparet quia in deo nulla distinctio realis conceditur nisi inter personas sed maior probatur quod secundum Augustinum. lxxxiij. q. clvj. alia ratione dicitur est homo alia ratione dicitur equus et per istas rationes intelligitur ideas in deo ut patet ibidem. quare etc. ¶ In oppositum arguit quia secundum communem regulam Augustini. in diuinis omnia sunt unum ubi non obuiat relationis oppositio sed solum inter personas est relationis oppositio et per consequens distinctio. quare etc. ¶ In ista questione iuxta materiam trium argumentorum erunt tres articuli. ¶ In primo videbitur utrum in deo sit aliqua distinctio inter essentiam et personas siue proprietates personales. ¶ In secundo videbitur utrum in deo sit aliqua distinctio inter essentiam et suas perfectiones attributales. ¶ In tertio videbitur utrum in deo

sit aliqua distinctio inter essentiam et ideas siue rationes causales etc. ¶ **Bl** Quantus ad primum. Primo premitam tres suppositiones. Secundo ponam tres conclusiones. Tertio obijciam per aliquas rationes. ¶ **C**irca primum punctum sciendum est quod quadruplex potest imaginari distinctio quedam essentialis que est plurium essentiarum quarum una non est alia. Alia realis que est plurium rerum quarum una non est alia. Distinctio autem distinctio essentialis est realis. sed non e contra. quia licet ista sit in creaturis non tamen in diuinis ubi plures res sunt una indiuisibilis essentia et secundum aliquos nulla est vel esse potest distinctio nisi essentialis vel realis. quia non videtur eis quod sit imaginabilis distinctio nisi inter extrema que sunt plures essentie vel realitates distincte. sed secundum alios est quedam distinctio formalis et alia distinctio ex natura rei siue modalis. quarum neutra est inter extrema que sunt necessario plures res. sed possunt eadem res et tale concedunt aliqui esse in deo inter essentiam et personam. Aliqui inter essentiam intellectum et voluntatem sapientiam et bonitatem et sic de alijs. Aliqui etiam inter ideas etc. ¶ Sed utrum talis distinctio sit ponenda et qualiter intelligenda. patebit postea. ¶ **T**unc ad propositum sit prima suppositio quod essentia diuina non distinguitur realiter a persona nec e contra. Patet quia aliter esset quaternitas in diuinis per declarationem ecclesie. consequentia patet. Item patet per regulam Augustini quod deus est quicquid habet ex sua simplicitate excepto quod una persona habet aliam et tamen non est illa. Item patet per regulam Augustini. supra dictam. ¶ **S**ecunda est quod essentia diuina non differt realiter a relatione seu personali proprietate nec e contra. Patet sicut precedentem. ¶ **T**ertia est quod persona diuina et relatio siue personalis proprietatem non distinguuntur realiter. Patet. quia vere dicitur quod pater est paternitas et e contra et sic de alijs. Et istud sequitur ex duabus primis suppositionibus et posset probari eisdem rationibus ut patet satis. ¶ **D**ixi premissis sit hec prima conclusio quod essentia diuina tam idem est persone vel relationi siue personali proprietati quam idem est sibi ipsi. Probat. quia tam idem est etc. quod sicut propter idem proprietatem essentie ad essentiam verificatur ista essentia est essentia sic propter idem proprietatem essentie ad personas verificatur ista essentia est persona etc. ut patet ex suppositionibus premissis etc. ¶ **S**ecundo probatur quod eadem idem proprietate qua essentia est essentia

alia est distinctio rationis

## Questio sexta

ria eadē idēpitate cēntia est psona zc. **T**ertio pbatur quia si cēntia esset vna psona z n̄ plures clarū est q̄ ip̄a eēt tam idēp̄one q̄ idē esset sibi ip̄i sed modo nō idēp̄one est idē p̄one q̄ nunc foret. quia nō min⁹ videt esse idēz vni p̄one per hoc q̄ idēp̄one alteri p̄one. quare zc. **S**c̄da conclusio est q̄ int̄ essentia z psonā vel relationē siue p̄prietatez p̄sonalē nō est aliqua nō idēp̄one quā p̄prie debeam⁹ vocare distinctionē formalem. **P**robat̄ p̄mo ex p̄dicta conclusioe quia int̄ essentia z cēntia nulla est omnino nō idēp̄one zc. ergo nec iter essentia z psonā zc. **S**ecundo pbatur quia īmaginabile ē q̄ sit aliqua nō idēp̄one siue distinctō nisi pluriū z imaginabilis est pluralitas nisi rez. qd̄ p̄z. de diuinis p̄sonis. **U**nde minimā distinctiōnē quā ponit eccl̄ia posse stare cū sūma simplicitate diuina ponit realē z inter res. videt aut̄ pbabile q̄ eccl̄ia firmit̄ credēs in deo sūmā esse simplicitatē z vnitatē si minorē distinctiōnē vel nō idēp̄one potuiss̄ imaginat̄ se q̄ realē illā ad min⁹ apparenter obuianduz diuine simplicitati diuinis p̄sonis attribuis̄et quare illa nō videt̄ possibilis zc. **T**ertio pbatur quia p̄prie loquēdo d̄ distinctione si cut sequit̄ a. z b. distinguunt̄ realiter. ergo sūt distincte realitates. sic sequitur. a. z b. distinguuntur formaliter. ergo sunt distincte formalitates. sed essentia z persona z cetera nō sunt distincte formalitates ita scilicet q̄ sint vna res nō tamē eadē formalitas sed multe formalitates siue rōnes aut p̄fectiones formales ex natura rei seu quouis alio noīe nō minent̄ qd̄ patet quia realitas z formalitas essentie sunt omnimode idē sicut realitas est idē sibi ip̄i. **E**t similiter realitas p̄one aut relationis zc. igit̄ sic nō est alia realitas cēntia a realitate p̄one zc. sic nec erit alia formalitas zc. sequētia patz z antecedēs patet. qz aliter esset p̄cessus in īfinitū in formalitatibz. **S**ic ergo pater q̄ cēntia z psona zc. nō distinguuntur formaliter. nec etiam distinguuntur realiter. **A**liqui enim ponunt inter istas differētia s̄ nō curo zc. **S**i s̄o dicat̄ q̄ sic imaginabile ē plures res eē vnā cēntia sic est imaginabile plures formalitates eē vnā rem z nō plures dico q̄ siue hoc sit imaginabile siue n̄ t̄ nō p̄t̄ s̄ sequit̄ in p̄posito ita eē. **P**ōt̄ t̄m̄ dici q̄ nō est imaginabilis pluralitas nisi rerū p̄mū aut̄ imaginat̄ z firmit̄ do reuelante creditur. sed scdm̄ z si ore dicam⁹ nō t̄m̄ intelligi

mus zc. **D** **T**ertia conclusio est q̄ inter essentia z psonā vel relationē siue p̄prietatē p̄sonales est aliquis modus nō idēp̄one quā larget̄ ad bonū sensuz possumus vocare distinctionem formalem. **P**robat̄ sic. quādo cūqz aliqua supponunt p̄ eodē om̄ibz modis quicquid cōpetit vni cōpetit alteri nec possunt d̄ eis verificari cōtradictoria nisi aliquis modus dicendū logicalis aut grāmaticalis hoc impediāt. s̄z posito q̄ iste termin⁹ p̄z v̄l p̄nt̄ras haberet om̄es modos grāmaticales aut logicalis eodē seu p̄similes. quales habet hoc nomē essentia seu deitas. adhuc esset hec vera essentia est filius z similiter hec pater nō est filius. similiter essentia est p̄municabilis z paternitas nō est cōmunicabilis ergo cuz idē affirmetur de essentia z negetur de patre z paternitate nec hoc contingat p̄pter diuersitatē modozū grāmaticalium z logicalium ergo hoc est p̄pter aliquē modū nō idēp̄one tatis inter illud quod significat̄ per essentia z illud q̄ significatur per patre zc. **E**t per cōsequens inter essentia z patre ex natura rei ē aliquis modus nō idēp̄one tatis. **S**ecundo cōfirmat̄ ratio quia capio istas essentia z filius pater est filius h̄ut̄ subiectū in vtracqz p̄ eodē om̄ibz modis ex parte rei sup̄dit̄ aut nō. **S**i sic ergo cum idē sit p̄dicatū vtriusqz vel vtracqz erit vera vel neutra. p̄sequēs ē falsum. s̄z p̄sequētia patet qz aliter nō apparz rōne vna sit vera z nō alia. **S**i nō habet̄ p̄positū. **T**ertio sic quia quādo aliqua nomia idē significant om̄ibz modis z habent om̄es p̄similes modos significandi. illa vere sunt synonima. quia aliter nō potest assignari q̄liter aliqua nomia sint synonima. **I**gitur si ista nomia essentia z paternitas significant idē oibz modis ex parte rei cū habeāt oēs modos significandi cōsimiles z si nō habeant qd̄ tamē nō videt̄ posse assignari volo tamē q̄ habeant quia hoc est ad placitū sequitur ergo q̄ nō vere erunt nomia synonima. **T**unc sic quādo cūqz aliqua nomia sunt synonima q̄cquid verificat̄ de vno sumpto significatiue seu p̄sonalit̄ verificat̄ etiā de reliq̄ sumpto siliter. igit̄ si hec sit vera essentia est filius z hec filius ē paternitas qd̄ est manifeste falsum. **I**ste sunt in virtute ratorū ockā ad pbandū cōclusionēz p̄dictā. **S**z p̄dictā conclusioe arguit̄ p̄mo sic qz sic q̄cūqz distinguunt̄ realit̄ sunt plures res sic quecūqz distinguunt̄ formalit̄ sunt plu-

vide

Distinctio formalis inter aliqua nō  
aliud est q̄ quedam nō idēp̄one  
The 14

pater est filius

# Primi sententiarum

tasse a. fore. ita illa noticia creata et subordi-  
nata. quare et. **S**i vero dicat qđ talis no-  
ticia naturaliter et nō libere repñtat et rep-  
sentauit. quare. et. **D**icit qđ etiam noticia  
naturaliter repñtat sibi ipsi a. fore. sic scz qđ  
potest nō repñtare. s; illud debet fore si au-  
tē intelligit naturalit. absolute falsum ē et  
**T**ertio arguitur sic. quia nō implicat cō-  
tradictiōem talē noticiā qđ dicta est esse a dō  
vel fieri. imo oppositū dicere derogat poten-  
tie dei. Hec ad hoc sequit pteritum nō fuisse  
sicut opposita opinio videtur supponere. igit  
et. Cōsequētia patet et anō apparet. Hāc  
sine deperditōe alicui rei de noticia vel as-  
sensu potest fieri nō noticia vel assensus. Hāc  
fm illos qui ponunt qđ ad hoc qđ aliquid sit  
noticia intellectui requiritur qđ sit ab eo effe-  
ctiue. illud quod est noticia potest desinere  
esse noticia. sine deperditōe alicui rei. scz si  
cōseruaret a solo deo et nō ab intellectu crea-  
to. Et psequēs sicut talis noticia pōt non  
fuisse a tali causa. ita pōt nō fuisse tal' obiecti.  
vel pōt simplr nō fuisse noticia absqđ h' qđ p-  
cedatur qđ aliqđ res pterita possit non fuisse. sic  
patet et. **Q**uarto arguit sic. aīa xpi habet  
talē noticiā creatā infallibile. igit et. Anō p-  
batur. qđ suppono qđ verbū nō est sibi forma-  
lis cognitio. et supposito qđ oppositū dicat. tñ  
illa aīa potest et potuit pducere noticiā crea-  
tam pformē illi noticie increate. Sed si tal'  
noticia increata nō esset infallibil' sed qđ xps  
pōt et potuit falli et p-ter nūqđ p cōmunicatiōem  
idiomatū qđ vbum diuinum pōt falli falsitate  
create noticie. qđ videt absurdū. qre et. Et  
ita potest dici de qualibet noticia in vbo et.  
**I**ste rationes sunt difficilez opinio ista  
subtilis et esset valde rationabil'. supposito qđ  
concederetur pteritū posse non fuisse. qđ  
ita faciliter posset defendi a contradictione  
sicut futurum posse non fore. sicut supra

2<sup>a</sup> rō  
long modo plura opinio  
one.

3<sup>a</sup> rō

obum nō est formalit  
requisitū aut

Respondet ad opin  
iorem

quomodo habet noua alij infallibilis

# Primi sententiarū

dictum est. Sed si hoc nō cōcedatur nō vi-  
deō q̄ ista opinio possit rationabiliter susti-  
neri. Unde cōtra hāc opinionē preter illā  
que supra dicta sunt facio talē rōem. Pono  
em̄ q̄ angel⁹ Gabriel vidit in verbo icarna-  
tionē xp̄i futurā. nec hoc aliūde v̄l alio mo-  
do vidit q̄s in v̄bo. ita q̄ ex illa visioe z nō  
ex alia causa ip̄e habuerit vn̄ gaudiū z vnā  
dilectiōem z venerit ad Mariā z salutaue-  
rit eam sicut scriptura dicit. Tūc sumus in tē-  
pore medio inter salutatōem illā z incarna-  
tionem tūc futurā. z arguit tūc sub tali for-  
ma. Christ⁹ nō incarnabitur. ergo Gabriel  
hoc nō vidit in verbo. Ista cōsequētia p̄ ad-  
uersariū in illo tempe medio erat necessaria  
quia verbū nō representat aliqd̄ fore nisi qd̄  
futurū fuit. z antecedens erat p̄tingēs in illo tē-  
pore. ergo similiter z cōsequēs. sicut etiā cō-  
cedit predicta opinio. Et p̄ cōsequēs etiā se-  
quitur q̄ iste erat cōtingēs Gabriel habu-  
it gaudiū vel leticiā. Gabriel venit ad Ma-  
riam z salutauit eā. Cōsequētia tenet p̄ posi-  
tum. quia Gabriel aliā causam gaudendi v̄l  
veniedi nō habuit nisi quia in verbo sic vi-  
dit. ergo si potest nō vidisse potest non venis-  
se. zc. Et cōsimiliter potest dici de quolibet  
preterito. quare zc.

**U** Ad hāc rōem sunt diuersi modi euaden-  
di. **P**rima via est q̄ gaudiū Gabrielis qd̄  
est z fuit gaudiū in b. gradu nō soluz potuit  
fuisse in cōtūsus vel remissius vel n̄ fuisse gau-  
diū in tali gradu sicut dicūt aliqui. imo il-  
lud gaudiū potest simpliciter nō fuisse gau-  
diū. ita q̄ nō solū hec est p̄tingēs Gabriel  
habuit gaudiū in b. gradu. imo hoc modo ē  
p̄tingēs. Gabriel habuit gaudiū. Unde di-  
cit hec opinio. q̄ licet necessariū sit q̄ illa res  
sive illa passio fuerit. n̄ potest n̄ fuisse gaudi-  
um. Nec hoc debet videri mirabile vt dicit.  
q̄ talis passio nō est dilectio v̄l gaudiū nisi  
cū cōiungitur cū cognitōe mediāte qua cau-  
satur. ergo sicut est possibile q̄ iste nō habuit  
visionem. ita est possibile q̄ talis passio quā  
habuit non fuit gaudiū si esset in mēte z mē-  
nihil cognosceret. Nā mens gaudere nō po-  
test sine cognitōe. vt patet. quare zc. **S**ed  
hāc viā diffuse repbat adā in tertio quo ad  
vtrāq̄ prem. iō trāseo. tamē hec via difficili-  
ter apparet falsa. p̄ hoc q̄ fm casum positum  
illud gaudiū precise fuit causaturz ex hoc q̄  
Gabriel vidit sic fore. ergo si potest hoc nū-  
q̄s vidisse sequitur q̄ sicut potest per tē bā-

buisse gaudium. ita potest nō habuisse illaz  
passionem cū ip̄a esset ab eadem causa. Et  
sic ista via nō euadit difficultatē. quare zc.

**S**ecūda via est quam ponit Hybernic⁹  
q̄ gaudiū Gabrielis potest nō fuisse ab alia  
visione sed ex alia causa. ita q̄ licet Gabriel  
habuerit gaudiū z venerit ad Mariam. q̄  
vidit zc. tamē in illo tempe medio est possibi-  
le q̄ nō habuerit gaudiū nec venerit ex ista  
causa sed ex alia. Unde dicit q̄ in illo tempe  
medio ista cōsequētia nō valet Gabriel non  
vidit in verbo xp̄m fore incarnādum. q̄ n̄ ha-  
buit gaudium. vel ergo nō venit ad Mari-  
em nec salutauit eam. Quia licet de facto n̄  
venerit ex alia causa. tamē semp̄ in illo tem-  
pore medio possibile est q̄ venerit ex alia cā.  
ideo ex ista que est p̄tingēs Gabriel nō vi-  
dit zc. non sequitur. Unde cōcedit vltimus  
q̄ in illo tempe medio hec fuit simpliciter cō-  
tingēs Gabriel nō fecit ista facta quia vide-  
rit deū incarnādum. zc. Sed hec via nō suf-  
ficit. quia ex ea sequitur q̄ in potestate beate  
virginis fuisset q̄ nunq̄s Gabriel preuidisset  
xp̄m incarnādum. Et breuiter licet adā mlti-  
pliciter impugnet istā viam tamē d̄ ipsam  
z supradictā sufficere debet ista ratō. Quia  
pari ratione qua tu dicis q̄ gaudiū Gabrie-  
lis potest nō fuisse a tali causa z illi act⁹ pos-  
sunt fuisse ab alia causa. pari ratione potero  
dicere q̄ illi actus simpliciter possunt nō fu-  
isse. zc. Vel saltem sicut tu dicis q̄ illi actus  
possunt non fuisse ab illa causa. sed ab alia.  
ita dicam q̄ Sortes potest non fuisse a pa-  
tre suo sed ab alio. z q̄ pater eius potest non  
fuisse pater eius. sed vnus alius zc. Et ita d̄  
quolibet effectu secunde cause. zc. que omnia  
sunt absurda zc. **I**deo dicendum est in hac  
materia q̄ sicut visio Gabrielis non potest  
non fuisse. sic nō potest non fuisse visio. nec  
potest non fuisse iudicium nec gaudiū eius  
potest nō fuisse gaudium ab illa causa a qua  
fuit. sive de illo obiecto. Et quia vidit in ver-  
bo christum incarnādum. ideo habuit gau-  
diū z leticiam. z venit ad Mariam. zc. id  
est. quia sic firmiter z sine dubitatōe credi-  
dit. z nō quia vere iudicauit. ita q̄ illa visio  
eius inquātū erat firmū iudiciū de sicforez  
nō quatenus erat reuelatio in verbo sive ve-  
rum iudiciū fuit causa illozū actuū. quia  
illa visio poterat in illo tempe medio nō fu-  
isse v̄z iudiciū sive reuelatio. z tū nō potat  
n̄ fuisse iudiciū sive cognitō d̄ illi obiecto. v̄z

ad p̄bāda p̄ ad p̄m̄m̄ A  
p̄bāda

orde quo gaudiū  
nga tūc cogitō  
diantz qua rā quo  
nō est gaudiū

non h̄r q̄m̄ Resoluit se z opm̄  
onam suam d̄ h̄r p̄m̄m̄ tota  
sufficit  
gabriel habuit gaudiū q̄ d̄ dicit  
d̄ x̄m̄ p̄m̄m̄ d̄m̄m̄ & tūc de  
quodammodo (in q̄ p̄m̄m̄ d̄m̄m̄ p̄m̄m̄  
p̄m̄m̄ erat firmū iudiciū  
d̄ sic fore erat rā q̄m̄ gaudiū  
a tūc q̄m̄ erat iudiciū d̄m̄m̄

Questio duodecima

patet qd pro illo tempe medio licet no de po-  
tentia ordinata tamen de potentia absoluta h  
erat possibilis Gabriel erravit. Gabriel in d  
bo false iudicavit. Gabriel false enunciauit.  
Nec tamen propter hoc sequit qd hec esset pos-  
sibilis Gabriel meritis fuit vel medax nun-  
cius extint. positus precise his que pus. Ra-  
tio est. quia no dixisset aliqd contra suam con-  
scientiam qd requiritur ad medaciu. zc. E

U His pmissis respodeo ad ratios prius  
factas. Un pro solutioe prime z declaratio-  
ne dictoz z dicendoz prius: videndum est qd  
est aliquid videri siue repntari in verbo.

Un dico qd hoc nihil aliud est qd verbu diu-  
inum causare vnu actu q sit clara visio verbi  
seu representatio. z simul causare vnum actuz  
qui sit representatio alteri a verbo. ita qd sbum  
suppleat vs ce obiectis quo ad efficienz z no  
alio modo. z sic illa visio dicit esse visio vl re-  
presentatio i verbo. qz verbuz semp simul illa  
visione videtur z a verbo immediate causa-  
tur. siue per eadem visionem vel eundem actum  
videatur verbu z creatura sicut tenet Adaz  
siue po sicut tenet illi qui dicunt no esse possi-  
bile. qd vnico actu distincte videatur deus z  
creatura. zc. Ex hoc pmo patet. qd sbum  
no dicitur aliqd representare creature quia sit  
illud quo formaliter creatura cognoscit vel  
etiam pncise quia sit illud quo cognito recoz-  
datiue creatura aliquid aliud cognoscit. si-  
cut imago representat illud cui est. licet ver-  
bum possit hoc modo representare. no tamen  
solu sic potest representare. Un no est imagi-  
nadam sicut multi credunt: qd causa videndi  
creaturam in verbo sit qa verbum est imago  
vel idea ipsi z eadem actu quo videtur ydea:  
videtur ydeatu sed qz voluntarie causat visio-  
nem creature modo supradicto. Ex qd secu-  
do sequit qd videns verbu no necessario vidz  
oia que verbu videt. sz solu illa qz visionem  
vult i eo causare. imo no credo qd aliqua cre-  
atura possit distincte videre oia que sbum vi-  
det. sicut alio specialiter declarabo d aia xpi.  
de qua magister videt oppositu dicere in ter-  
tio libro. Si aut dicat qd de est cognitio  
cuiuslibet creature. g sicut vnu angelus viden-  
do in mente alteri ista ppoem homo est animal  
potest esse certus qd ille format tale ppoem Ita  
videdo diuinam cognitionem potest certificari  
qd deus assentit z antixps erit. z p dms qd an-  
txps erit. Et ita potest argui d quolibz alio  
vero. igif zc. Ad hoc dico pcededo assum-

ptum z negado similitudine z vltima pnam  
Et ratio est. quia ppo quam videt angelus e re  
aliter i mente angeli. sed no est realiter i deo.  
sed solu obiectiue. ideo itelligedo cognitioez  
diuinam no intelligit qcquid illa cognoscit

U Tertio patet ex pdictis qd aliqd reuelari i  
verbo aliqd importat pl qd repntari in sbo.

Patet. qz vltra illud importat qd illa reuelati-  
o sit vera z certa representatio z de vo. vt pa-  
ter. zc. Quarto patet qd aliqd fuit represen-  
tatu in verbo qd potest no fuisse reuelatum  
in verbo licet no possit no fuisse representatu  
in verbo. patet ex dictis. zc. Tunc ad for-  
mam pme ratiois negatur ans sicut patet ex  
dictis. Et similiter negat antecedes z ad pba-  
tionem negat pna. qz in casu antecedes e possi-  
bile z pns impossibile zc. Ad secundam qd  
quid sit de pma pre antecedentis nego secundaz.

Et dico qd necessario vult eam representasse.  
nec potest no voluisse ea causasse nec est pos-  
sibile qd sic aliqua noticia creata sit oino sub  
ordinata diuine noticie. qd sicut diuina noti-  
cia potest non repntasse. zc. sic possit noticia  
creata Ro est illimitatio vel immesitas no-  
ticie diuine z limitatio noticie create. Ad  
tertia nego pnam pre antecedentis sicut patu-  
it. z ad secundaz dico qd siue ex h euideter seqt  
pnteritu no fuisse siue no tm eque facit susti-  
nebitur pnteritu no fuisse sicut istud vt patz i  
tueti. Un ad pbatidem illi antecedentis adam  
negaret assumptu. qz tpe tenet qd illa noticia  
no posset esse in potentia apta iudicari p eam  
z no ee sibi iudiciu. Et reputat simpliciter i  
possibile qd illud accidens qd est noticia l vo-  
litiu possit formaliter inherere subiecto co-  
gnitiuo z volitiuo. absqz hoc qd illa potentia  
cognoscat z velit sicut impossibile est qd illa  
res que est albedo inheret subiecto z qd sub-  
iectum no sit albu p eam. Sed qz istud pos-  
set calumniari pbabiliter. ideo dico qd qcqd  
sit de hoc tamen negadum est vltimu sequet  
scz qd talis noticia potest no fuisse a tali cau-  
sa. zc. qz licet ex h euideter no sequeret aliam  
rem pnterita no fuisse tm eque repugnat ima-  
ginationi vnu sicut aliud. vt pz zc. y

U Ad quartam roem quia aliqui abhorret  
audire qd xps potest vel potuit falli. ideo h n  
asserero. Dico tamen hic pmo qd supposito qd  
hec esset impossibilis aia xpi vel xps fallitur p  
noticia creatu. tm ex hoc no habet qd illa noti-  
cia sit simplr infallibilis. qz posset esse falsa  
alteri anime vel illi met derelicta a verbo.

ad reuelari in  
sbo ad importat  
plus qd representa-  
ri  
ad pnam rationem

quipo ad de notias

vide

vide qd sbum non m<sup>o</sup> videt  
oia que sbum videt. z dicit  
q non videt qd creatura possit  
distincte videre oia que sbum  
videt  
vide istam instantiaz da  
angel

# Primi sententiarū

Et ideo solū habetur q̄ illa sit infallibil̄ fm̄ quid. scz̄ isti aīme sic vnite. quare zc. ¶ Alio modo fm̄ aliquos solēnes doctores p̄t̄ dici Primo q̄ x̄ps fm̄ diuinitatē z̄ p̄ noticiam increatā nō potuit falli p̄ quācūq̄ potētiam. Patet. quia hoc repugnat p̄fectiōi diuine. Secūdo q̄ x̄ps fm̄ humanitatē z̄ p̄ noticiam creatā nō potuit falli. z̄ hoc per potētiam ordinatā. quia nihil falsum credidit v̄l credere potuit fm̄ legē subordinatā Tertio q̄ x̄ps fm̄ humanitatē z̄ per noticiā creatā potuit falli z̄ hoc per potētiam absolutam. Ad cui⁹ declaratiōem quarto dici potest fm̄ aliquos q̄ toto tpe intermedio postq̄ x̄ps dixit Petro ter me negabis vsq̄ ad negationem Petri hec fuit absolute possibilis X̄ps falsum credidit. vel x̄ps falsum p̄dixit. sicut hec Petrus x̄pm negabit. sed ex p̄ma seq̄tur q̄ x̄ps p̄ noticiā creatam fm̄ humanitates deceptus fuit. nec tamē ex hoc sequit̄ q̄ x̄ps mēdar̄ vel mētur̄ fuerit vel mēdaciūm dixit. quia nō sufficit ad mēdaciūm sola assertio falsi. sed requiritur intētiō fallēdi Hanc autē x̄ps pro tūc nō habuit ideo p̄ nūc ista est impossibilis. Aliqui tamē cōcedūt q̄ x̄ps nō solū potest asserere falsum. sed z̄ hoc p̄t̄ facere cum intētiōe fallēdi. id est. asserere falsum scitū esse falsum imo dicere falsum mendaciūm z̄ peccare odire deū p̄ cōmunicatiōnem idiōmatū. Nec video q̄n̄ istud possit p̄babilius dici q̄s oppositū si n̄ offendat aures fidelium. zc. Nulla em̄ cōtradictio v̄l repugnātia videtur q̄ aīma x̄pi absolute oīa possit verbo vnita que ip̄a possēt si esset a verbo derelicta. sed cōstat q̄ si nō esset vnita ip̄a absolute possēt decipi. z̄ decipi. mētur̄. z̄ peccare. igit̄ z̄ ip̄a hec potest vnita. quare. zc. Si autē dicatur contra p̄dicta q̄ fm̄ glosam sup̄ illo. ij. ad Th̄m. ij. negare seip̄m nō p̄t̄ x̄ps qui veritas est nō potest seip̄m negare qd̄ tamē faceret si dicta sua nō impleret. ideo etiam Lu. xiiij. dicit. Necesse est impleri omīa que scripta sunt. zc. ¶ Ad hec potest responderi q̄ debet itelligi z̄ exponi de impossibilitate z̄ necessitate fm̄ legē ordinatā z̄ non de absoluta impossibilitate z̄ necessitate vt satis patet. Vel volūt dicere auctoritates p̄dictę q̄ deus implet p̄missiōes suas ita certitudinaliter ac si nō possent impediri. licet absolute possent impediri. zc. Et sic patz̄ ex dictis qualiter r̄ndenduz̄ sit ad multa similia obiecta que possunt hic fieri. Et hec via in-

ter alias mihi videtur magis probabilis q̄ illa que poneret q̄ q̄libet noticia creata ante me x̄pi vel alterius i verbo sit noticia infallibilis. zc. Et hec de hoc zc. AA

¶ Hūc circa istam materiā z̄ ad maiore ip̄i us declaratiōem monebo z̄ solūā triplicem dubitatiōem ¶ Prima erit Utrū de possit rationali creature securitatē sue eterne beatitudinis reuelare. ¶ Secūda erit Utrū deus possit rōnali creature eternitatē sue finalis damnatiōis reuelare. ¶ Tertia erit vtz̄ deus possit rationali creature falsitatē dicere vel eā decipere. ¶ Prima ergo dubitatio vtrū deus zc. Et videtur q̄ nō. qz̄ nulla rationalis creatura p̄ quamcūq̄ reuelatiōem potest euidēter scire suā beatitudinē eē eternaliter duraturā. igit̄ nec potest secure assentire suam beatitudinē esse eternā. Cōsequētia videtur nota z̄ aīcedēs. p̄batur. quia q̄cūq̄ reuelatiōe facta rationali creature de sua beatitudine absolute possibile est ipsam annihilari. z̄ p̄sequēs possibile est alit̄ enūnare q̄ sua reuelatio vel iudiciū significauit fore. Igit̄ nō sciuit ita fore. zc. ¶ Dpositūz̄ patet ex dictis z̄ similiter quia securitas de eternitate beatitudinis est ps̄ beatitudinis. fm̄ Auḡ. z. ij. de ciui. dei. ca. xij. z̄ xij. de trinitate. c. viij. Igitur oīs beatus est de ea securus. ¶ Ad hāc dubitatiōem respondet vna opinio q̄ sic. z̄ hoc est vtz̄ vt patebit. S; ad saluādum hoc z̄ ad r̄ndendū argumēto sc̄tō ponit q̄ deus nō potest destruere illos q̄ de facto sunt beati. nec auferri ab eis illam rez̄ que est eoz̄ beatitudo. qz̄ nō potest destruere creaturā iustā vel ei substrahere sine culpa dona sua. Et si hoc nō repugnet potentie dei inquatū est potētia repugnat tamē potētie inquatū est summa benignitas z̄ summa misericordia. Et p̄ hac opinione videtur facere qd̄ dicit magister libro p̄mo. dist. xliij. allegās Augu. sup̄ illo verbo dñi loquentis ad Loth̄ Bēn. xix. Nō possum quicq̄s facere zc. Nō posse inquit se dicit quod sine dubio poterat p̄ potētiam sed nō poterat p̄ iusticiā Sed hec opinio nō sufficit. quia eque facilliter defenderet error ille philosophoz̄ q̄rundam. s. q̄ quidquid de agit ad extra agit nature necessitate z̄ nō possz̄ aliquid aliter operari q̄ de facto operat̄ vel opabitur Quē errorem reprobatur magister. d. quidā de suo sensu presumētes. zc. Sequitur ergo q̄ sic deus omnē rē quā producit libere p̄seruat

ans p̄ nos humanita  
tam de poia alio  
ta p̄ falli

Id r̄gnū adman  
datum

Quā dicit q̄ x̄p̄  
p̄nta r̄ dicit dē

In p̄no l̄r̄ p̄missio  
nec p̄maz̄ p̄t̄ bt̄ p̄m  
p̄nem sup̄ dicit

# Questio duodecima

beatitudo capi duplici

ita libere potest ea annihilare quoniam vult. quare  
 et. Item hec via sibi ipsi repugnat quia si deus  
 potest aliquid de potentia quatenus potentia est  
 ergo deus simpliciter potest illud. quod ex opposito  
 sequitur oppositum. Unde etiam cum potentia dei et eius  
 misericordia penitus idem sint si aliquid sit de  
 potentia in quantum potentia. absolute potest il-  
 lud non obstante misericordia. ideo aliter respon-  
 dendum est. Ad cuius evidentiam primo notan-  
 dum est quod beatitudo putatur adpositus sufficit  
 potest sumi dupliciter. Uno modo precise pro  
 actu visionis dei clare et fruitionis vel vtro-  
 que simul non connotando eternitatem illo actu  
 uni. Alio modo potest sumi magis proprie pro  
 illis actibus connotando eternitatem illorum siue  
 credulitate firmam et veram quod illi actus in quibus  
 consistit essentialis beatitudo durabunt sine fi-  
 ne. et ita sumitur ceterum. Sed contra potest in-  
 stari. quod sic sumendo sequitur quod ista sit contingens  
 Ista beatitudo fuit demonstrata tota beati-  
 tudine gabrielis. et similiter ista Iste fuit be-  
 atus demonstrato Gabriele. contra patet scilicet contra  
 videtur absurdum. Dico hic procedendo sequens  
 sumendo nomen beatitudinis secundo modo. si-  
 cut patet et postparebit. sed primo modo capi-  
 endo ille sunt necessariae. quod sunt de preterito  
 vere nec dependet aliquo modo ex futuro.

**B** Tunc pono aliquas propositiones  
 Prima est responsio quod deus potest rationa-  
 li creature securitatem sue eterne beatitudinis  
 revelare. Patet. quia quocumque modo capiat  
 beatitudo quilibet beatus est securus de facto. Et  
 istud est fide tenendum sicut patet per auctori-  
 tates Augustini supradictas. et est communis omnium  
 sententia. Tunc ad declarationem huius scien-  
 dum est quod sit securitas. Unde dico quod est iudi-  
 cium firmum et sine formidine de aliqua veri-  
 tate unde non est imaginandum quod securitas sit  
 aliquid supradictum iudicio sed est omnino idem  
 nec aliquid addit supradictum nisi quod tale  
 iudicium sit verum. Ex quo sequitur primo quod licet  
 securitas prophetica respectu futuri non pos-  
 sit non fuisse estimatio vel iudicium firmum. tamen  
 potest non fuisse securitas quod illud est futurum.  
 Patet quod potest non fuisse verum iudicium.  
 Secundo sequitur quod licet quis sit assicuratus  
 quoniam ille possit nunquam fuisse securus de illo  
 Tertio sequitur quod capiendum beatitudinem per  
 primo modo nullus beatus potest non fuisse securus  
 de sua beatitudine. patet clare Quarto se-  
 quitur quod capiendum beatitudinem secundo modo  
 aliquis beatus potest nunquam fuisse securus de

sua beatitudine. Patet. quia isto modo capi-  
 endo hec est contingens. Iste fuit beatus. Ut ista  
 beatitudo fuit. Et sic semper vtar isto termino.  
 et. Secunda propositio principalis est Quod deus  
 quemlibet beatum et de sua beatitudine eterna  
 assicuratum potest annihilare et eius suam beati-  
 tudinem potest auferre. Patet ex dictis per primam  
 opinionem nunc reprobata. Tertia est quod deus  
 non potest annihilare aliquem beatum vel de be-  
 atitudine assicuratum nec ab eo auferre suam  
 beatitudinem. Et hec videtur similis illi quod  
 ponit supradicta opinio. sed multum est disti-  
 milis. Et ratio est. quia predicatum appellatur suam for-  
 mam. et ideo illa de inesse implicat contradi-  
 ctionem. et. Quarta est Quod deus non potest ali-  
 quem primo modo beatum vel de beatitudine  
 assicuratum facere postea non beatum. Patet. quod  
 beatus non potest desinere esse beatus propter  
 rationem tactam licet possit non esse vel fuisse be-  
 atus. et. Et his patet responsio ad rationes  
 unde quicquid sit de antecedente contra non valet. quia  
 evidens scientia non requiritur ad securitatem.  
 Aliqui non procedunt ante sicut de kam quarto  
 xiii. q. iiii. et. Sed breuiter concedo quod nulla  
 reuelatio de futuro est de illo evidens scientia.  
 nec evidenter scitur esse reuelatio vel securi-  
 tas. nec beatus evidenter scit se esse beatum si-  
 cut probat ratio. Et hec de hoc. LL

Secunda dubitatio est Utrum deus possit  
 rationali creature eternitatem suam finalis dam-  
 nationis reuelare. Uides quod non. quia si sic de-  
 us posset cogere aliquem ad peccandum. Conse-  
 quens est falsum et contra patet. quod facta tali re-  
 uelatione talis de propria salute desperaret. er-  
 go peccaret. quare et. Ad oppositum videtur. quia  
 omnine futurum contingens imprudens reuelatio-  
 ni deus absolute potest reuelare. et. Ad hanc  
 dubitationem presupposita illa distinctione su-  
 pra declarata vel reuelatione exteriori et interi-  
 ori ponam aliquas propositiones. Prima est.  
 Quod deus potest hominem etiam existentem in charita-  
 te casum suum in peccatum mortale et etiam suam  
 finalis damnationem de communi lege reuela-  
 re exteriori reuelatione. Ista patet primo de  
 casu in peccatum. quia christus petro existenti in cha-  
 ritate reuelavit exteriori reuelatione negati-  
 onem suam dicens. ter me negabis. Et hec ne-  
 gatio secundum Augustinum fuit mortale peccatum  
 Secundo satis patet quod tali reuelationi non  
 existenti in charitate potest reuelari sua damna-  
 tio. Nam in euangelio christus hoc reuelavit iu-  
 deis dicens. in peccatis vestris moriemini

qua vlt puz lri

nulla reuelatio de  
fut est de illo em  
de pna

p

stis et re- lant- fu  
loqz / man- fina rem  
dationem / stant  
leg

videt qd sic securitas a qd  
nisi addit sup iudicium in pna  
iudicium per dnm

# Primi sententiarū

**S**ed vtrum talis reuelatio possit fieri ex  
 stenti in charitate d lege ordinata magis du  
 bium est. quia in scriptura hoc nō legitur fa  
 ctum esse. saltē nō recolo legisse. tamē videt  
 pbabile q hoc nō repugnat legi ordinate cū  
 non appareat rō quare isto modo non possit  
 alicui reuelari suū peccatū mortale finale. z  
 p cōsequens sua damnatio. q̄uis sit in cha/  
 ritate sicut potest sibi aliud peccatū morta/  
 le reuelari. vt patet in Petro. Nec ex hoc seq̄  
 tur q talis desperet vel pdat charitatem. q̄a  
 ppter talem reuelatiōez nec oportet q credat  
 se esse damnādum. Nam ppter nullū signūz  
 extrinsecū a quocūqz factūz potest viator de  
 cōmuni lege obligari ad credēdum se dam/  
 nandū. sed debet sp̄ indubitāter sperare q si  
 faciat que sunt legis xp̄i saluabitur z ad hoc  
 debet laborare z diuinū auxiliū implorare.

**S**ecūda ppositio est q de<sup>o</sup> nō potest ho  
 mini etiā nō existēti in charitate suā finalem  
 damnationē de cōi lege reuelare interiori re  
 uelatione. Patet. qz tali reuelatiōe facta ille  
 firmiter assentiret se esse damnādum. vt pa  
 tet ex quid noīs. sed null<sup>o</sup> de cōi lege potest si  
 ne peccato firmiter assentire se esse dānandū.  
 imo talis credulitas esset peccatū. ergo de<sup>o</sup>  
 de cōmuni lege non pōt immediate causare  
 talē assensum vel credulitatē in viatore. zc.

**T**ertia est q dubiū est vtruz deus possit  
 hōi existēti in charitate suū futurū casum in  
 peccatū mortale de cōi lege reuelare interi/  
 ori reuelatiōe. Patet. qz nec ad hoc habet au  
 ctōritas aut rō vel experiētia cogēs nec etiā  
 euidenter repugnat legi ordinate. uno satz vi  
 detur stare cū ea q sic. quia ex hoc nō seq̄tur  
 q facta tali reuelatiōe talis peccaret vl̄ cha  
 ritatē pderet vt patz̄ int̄uēti. quare zc

**Q**uarta est q sine dubio tenēdūz est q de  
 us potest hōi siue extra charitatē siue existē  
 ti in charitate casum suū in peccatū mortale  
 z etiā suā finālē damnationē absolute reue  
 lare interiori reuelatiōe. Patet ex supradictz  
 z p rationem in oppositū huius dubitatiōis  
 factam zc. **DD** Sed hic est dubium  
 tali reuelatiōe facta de futura damnatione.  
 Primo vtrū talis peccet p desperatiōem z p  
 dat charitatē. Secūdo vtrū talis possit licite  
 p salute sua orare. Et videt q nō. qz non  
 potest licite velle vel orare illud qd̄ scit deus  
 nolle. Nā vnusq̄sqz tenet se cōformare volū  
 tati diuine cū sciverit ipam. Juxta illd̄ Luē.  
 m̄. Seru<sup>o</sup> sciēs volūtatē dñi sui z nō faci

ens plagis vapulabit multis. **A**d p̄mum.  
 distinguendum est q desperatio potest capi  
 dupliciter. Uno mō imprope p firma creduli  
 tate q̄ quis credit se esse dānandū vl̄ diffidit  
 se esse saluādum. Alio mō p̄rie p firma cre  
 dulitate qua q̄s credit q si faciat qd̄ in se est  
 p̄ statu vie ad habendū beatitudinēz adhuc  
 nō habebit ea. Cū talis actus est directe op  
 positus actui spei z nō p̄mū. Tūc fm̄ h̄ di

**P**rima est **Q**stante tali  
 reuelatiōe sequit̄ q talis firmiter credet se eē  
 dānandū. patet ex qd̄ noīs reuelatiōis interi  
 oris zc. **S**ecūda est **Q**stāte tali reuelatiō  
 ne sequit̄ q talis desperet capiēdo despera  
 tionē p̄mo modo. Patet ex p̄ma p̄positionez  
 ex quid noīs desperatiōis p̄mo mō sumpte.

**T**ertia est **Q**stāte tali reuelatiōe nō sequi  
 tur q talis desperet capiēdo desperationem  
 secundo modo. patet ex qd̄ noīs zc. qz stat q  
 firmiter credat se esse dānandū. z tamen cre  
 dat q si esset facturū ea q̄ sunt legis xp̄i ipe  
 saluaret zc. **Q**uarta est **Q**stāte tali reue  
 latione nō sequit̄ q talis peccet vel pdat ca  
 ritatem. Patet. qz illa credulitas siue despe  
 ratio p̄mo modo dicta nō esset sibi peccatū.  
 qz nō esset naturaliter creata s̄z sup̄naturali  
 ter a deo imp̄ssa. z p cōsequēs nō excludit ca  
 ritatem imo staret absolute q p talē despera  
 tionē mereret si deus p̄ciperet illā credulita  
 tem. sed h̄ nō potest de<sup>o</sup> p̄cipe stante lege cōi  
 quia sic p̄ciperet sibi duo contraria. s̄. q̄ si de  
 speraret z speraret. zc.

**A**d secundū dico q  
 sic z q tenetur orare q tollat̄z ab eo illa cre  
 dūlitas z q nō enemiā sicut credit. Et rō hui  
 us nō est qz nō sciat euidenter q damnatur si  
 cut assignat adā. Nā ita firmiter credit sicut  
 si euidenter sciret. qd̄ alias dicā. zc. Sed ratio  
 est. qz licet p talē reuelatiōem abroget̄ lex cō  
 mūnis de spe vt patuit. tamē iste ppter h̄ non  
 absoluitur ab alijs p̄ceptis legis nec obli  
 gatur ad oppositū p̄cepti de rōne. Nec tene  
 tur velle q̄cqd̄ sit aut credit deū velle. Sed  
 de hoc alias videbit̄ zc. Et hec de hoc.

**E**t **T**ertia dubitatio est **U**trū de<sup>o</sup>  
 possit rōnali creature falsitatē dicere vel eaz  
 decipere. Et videt q sic. quia ponat̄ q de<sup>o</sup> re  
 uelēt alicui aliqd̄ futurū cōtingens sicut anti  
 xp̄m forez faciat illū sic assentire Tūc illa re  
 uelatione facta z iam in p̄teritū lapsa neces  
 se est deū sic dixisse z istū sic assensisse. z tamē  
 hoc stante adhuc p̄tingēs est ita fore. Jō ar  
 guitur sic. deus dixit illi q̄ antichrist<sup>us</sup> erit et

ut alioy expecten pcha  
 citate possit reuelari dō  
 finale peccatū q̄ p̄mū  
 damnatio.

no bene q̄m de rō  
 la d̄noy in p̄ obli  
 gari ad p̄cedendū  
 p̄ dānandū

et p̄ dubium

17



# ¶ primi sententiarū

possibile **H**as conclusiones et eorum probationes diffuse deducit iste doctor. sed quia deducit principaliter consistit in auctoritatibus quae facilliter possunt gloriari. ideo non insisto in eis causa breuitatis. **S**ed ad rationem factam a me oppositum ipse respondet. quod a me est impossibile. licet quod libet potest sit possibilis. quia non sunt compossibiles. Et hoc quoniam probat. quod illa de praeterito. deus dixit quod antipater erit. vel iste assensit quod antipater erit est necessaria. hoc ipse negat. **U**n deus dicit quod si teneatur quod res praeterita potest per diuinam potentiam non fuisse dicit esse possibile quod deus illud dicit vel assensum nunquam causauit. et per praesens non dicit antipater fore. et quod ille etiam non crediderit. Et in hoc ipse bene dicit sicut supra tractum est. **S**i vero non teneat illud. potest dici secundum eum et aliquos antiquos doctores quod possibile est illud dictum nunquam fuisse significatum. aut non illud quod significauit. Et similiter illud assensum non fuisse assensum aut iudicium illius. **U**el aliter secundum eum dici potest. quod ad hoc quod alius dicat aliquid proprie loquendo. requiritur intentio significandi illud per suum dictum. quod ergo deus quod voluit potest non voluisse. ideo possibile est deum nunquam voluisse significare per suum dictum antipater fore. **S**i hoc nulla praedictarum viarum placeat alia inueniatur melior. Et si quod eam inuenire non potest. ipse dicit quod melius est sciteri suam ignorantiam quam praecipitare in tam horridam auribus fidelium sententiam qualis est si dicat deum posse metiri aut falsum dicere seu decipere. **S**ed cum reuerentia dico quod si ponat quod praeteritum non potest non fuisse. nulla praedictarum viarum est sufficiens nec est alia dabilis. quae oporteat dicere quod argumentum concludit verum. scilicet quod deus potest falsum dicere et decipere. sicut prima opinio ponit. ita quod oportet dicere vel quod praeteritum potest non fuisse. vel quod deus falsum potest dixisse. nec est dare medium. sicut potest apparere ex supra dictis in isto articulo. Et ideo si ponat primum secundum vias videtur esse ponendum. **B**B

**U**nde ad declarandum quod haec via possit sustineri. ponam probabiliter aliquas propositiones et respondebo ad oppositas rationes. **U**n primus distinguendum est quod isti termini decipere fallere et huiusmodi dupliciter possunt accipi. Uno modo ut includunt in suis descriptionibus ista sine cathogremata scilicet iuste inordinate indubitate. Alio modo ut non includunt ea. scilicet tantummodo fallere vel decipere est in aliquo causare assensum falsum siue errorem. Accipiendo

tamen primo modo istos terminos sic clare est quod deus non potest decipere vel fallere. sicut non potest peccare vel iniuste aliquid facere. Et isto modo opposita sententia est merito auribus fidelium horrida. sed secundo modo illud est dubium. nec est clare sacre scripture contrarium.

**P**ro quod probabiliter sit haec prima propositio. **Q**uoniam deceptioem vel errorem deus potest se solo causare in mente rationalis creature. **P**atet. quod cuiuslibet deceptionis vel erroris deus est causa. Nam omnium rerum et motuum. deus est causa secundum Augustinum. iij. de trinitate. ca. vi. scilicet error est aliqua res vel entitas causata et per praesens deus ipsi est causa. scilicet cuiuscumque rei deus est causa. eiusdem se solo siue alia causa concurrente potest esse causa. siue illam rem produciendo in subiecto vel siue subiecto. igitur omnem errorem vel deceptionem potest producere se solo. siue sine subiecto siue etiam in subiecto. scilicet in mente rationalis creature. vel alio subiecto. quare etc.

**S**ecunda propositio est. quod deus non potest se solo causare deceptionem vel errorem in mente rationalis creature. **P**atet per ea que dixi in q. de noticia dei. arti. primo. ubi aliqua dixi de immutatione vitali. **U**n et dictis ibidem apparet quod nulla qualitas potest alicui potestati vitali esse noticia vel assensus. nisi sit ab ea effectiue. **L**icet igitur quilibet deceptio sit quodam assensus. sequitur quod licet deus possit illam rem se solo causare in mente rationalis creature. non potest facere quod sit ei error vel deceptio ipsa non concurrente. etc.

**E**x his apparer primo quod Adam. quod talis qualitas que est error vel deceptio non est essentialiter error vel deceptio. cuius oppositum ipse ponit de gaudio. noticia. et voluntate etc. et per praesens de errore vel deceptio. etc. **P**atet. quod si esset in ea et non ab ea non esset ei noticia secundum viam praetram. et tamen a me est absolute possibile. ut patet etc.

**S**ecundo patet contra Hybernici quod ex illo principio theologico omnem rem quam deus potest causare cum alia causa concurrente. potest causare se solo. non sequitur quod deus possit causare errorem se solo. **P**atet ex praedictis. Et potest dari exemplum sicut ex illo etc. non sequitur quod deus possit causare meritum se solo. scilicet bene sequitur quod meritum potest causare se solo. et similiter errorem causare se solo. Et eadem est ratio utrobique quia sicut illa res que est vel esse potest meritum potest esse non meritum. quod si deus illam se solo faceret non esset meritum. sic illa res que est vel esse potest error potest esse et non esse error. quod si esset a solo deo non esset error. ut patet etc. **Q**ue **¶** Tertia propositio est quod deus non

opinio doctoris

fallere deipere dupliciter accipiuntur

quod sit de peccato adam de noticia et voluntate et gaudio vide istam auctoritatem de merito et peccato



# Primi sententiarū

ero spūs mēdax i ore oīm pphaz. Et dīcō dñs decipies z pualetis. egredere z fac ita. Et ad hoc possent induci multe scripture. et de egyptiis deceptis p filios isracl auctoritate dei z de alijs. Et licet aliq̄ dicāt q̄ deus non p̄cipit in talibz mēdaciū vel deceptiōem. sed tantū pmittit vel p̄nunciat sic ibi Johis. ij. Soluite templū h̄ z ibidē dicit. xij. qm̄ dñs dicit inde. qd̄ facis fac citi. nō em̄ hic impatīne loquit̄ fm̄ glosas sanctorz. sic ibi egredere z fac. i. egredieris z facies. sic aū di. decipies z pualetis. Tñ licet ista glosa sit pbabil. nō tamē hoc p̄tendit text. s̄ q̄ deus illā deceptiōem impauit ad p̄nitionē maloz. nec hoc videt̄ improbabile. quare zc. Ad secūdam rōem p̄ secūda cōclusionē negatur p̄na nec auctoritates Augustini vel An̄. hoc p̄bant. S; vltē negat̄ alia p̄na in q̄ maior ē difficultas. Sed ad p̄batiōem dico q̄ non est licitū dubitare. qz de p̄cipit firmiter credere. ideo negat̄ minor. Et ad p̄bationē dicit q̄ cōcesso q̄ homo nō possit teneri ad impossibile. z q̄ nō possit ambobz tradictō: ijs assentire. p̄sequēter dicēdū est q̄ de nō possit illud p̄ceptū dare. vt patet zc. ideo rō nō valet. Ad auctoritates aut̄ magistri z Aug. in oppositū. pōt dici ad ma. sicut ad p̄mā rōnem. zc. Et ad Aug. p̄t dici q̄ argumētū solum tenet gr̄a materie. z aū est impossibile. cū sit p̄pō de p̄terito falsa. zc. Et sic potest p̄babiliter dici tenēdo istam viā zc. **KK**

**U**n̄ ex omnibz p̄us dictis in isto articulo z tenēdo q̄ res p̄terita nō potest nō fuisse. infero q̄tuor regulas in hac materia satis vtilēs. **P**rima est q̄ nulla p̄pō de possibili negatiua cui⁹ affirmatiua de p̄terito cor̄respōdens est s̄a est p̄cedēda de creatura. nisi vbi p̄dicatū est iste termin⁹ veyz aut falsuz. aut alijs includēs alterz istoz in sua rōne diffinitīua. Verbi gr̄a. si ista affirmatiua sit s̄a. Sortes iudicauit antiḡpm̄ fore. hec negatiua de possibili sibi cor̄respōdens nō est p̄cedēda. Sortes pōt nō iudicasse antiḡpm̄ fore. v̄ q̄ talis noticia potest nō fuisse. z sic de silibus. patet ex supradictis. qz si h̄ p̄cederet de creatura. pari rōe dicēdū esset vel sustineri possz q̄ creatura q̄ voluit a. pōt nō voluisse a. et q̄ illa que peccauit pōt nō peccasse. z ita de q̄libet p̄terito sicut supra tactū est. quare zc. Et dico de creatura. qz talis locutio est p̄cedēda de deo. sic p̄cedit q̄ de q̄ iudicauit z voluit antiḡpm̄ fore. pōt h̄ nō iudicasse z nō vo-

luisse. z q̄ ei⁹ noticia pōt nō fuisse iudicium illius. z rō sup̄ tacta est zc. **S**ecūda regula talis est. **N**ulla p̄pō talis est p̄cedēda de deo. nisi vbi s̄bū s̄ḡt actū deo intrinsecuz. et nō effectū p̄teritū ad extra. Verbi gr̄a. si ista affirmatiua sit s̄a de dicit v̄ significauit creature antiḡpm̄ fore. hec negatiua nō est p̄cedēda de pōt nō dixisse vel non significasse. qz ista s̄ba signat̄ nō solū actū intrinsecuz. s; effectū ad extra p̄teritū. Et h̄ dico qz sec⁹ est de s̄bis p̄cise significatibz actū intrinsecū. sic sunt ista iudicauit. voluit. zc. vel de s̄bis cōsignificatibz actū extrinsecū p̄notādo tñ esse veyz vel esse falsum. sicut sunt ista reuelauit. certificauit. zc. vt pōt patere ex supradictis. **T**ertia regula est **Q**ualis locutio nunq̄ est p̄cedēda nec de creatura nec de deo. nisi qm̄ veritas p̄pōis de p̄terito depēdet ex p̄n̄genti futuro. patz inductive. zc. **Q**uarta regula est **Q**ualis locutio est qm̄q̄ cōcedēda de creatura. s. qm̄ p̄dicatū est iste termin⁹ veyz aut falsum. vel ali⁹ termin⁹ includēs alterz ipoz in sua rōne diffinitīua. Verbi gr̄a. cōcedēdū est. q̄ illud qd̄ fuit iudiciū veyz potest nō fuisse iudiciū veyz. z q̄ reuelatio potest nō fuisse reuelatio zc. Et rō hui⁹ potest apparere ex supradictis. zc.

**U**n̄ ex istis z sp̄caliter ex quarta regula sequit̄ **P**rimo q̄ aliq̄s habuit fidē qui p̄t nūq̄ habuisse fidē z possibile q̄ sua fides n̄ fuerit fides. Patet de illo q̄ habuit fidē q̄ antiḡps erit. qz fides est s̄a z de s̄o. vñ impossibile ē q̄ fidei subit falsum. Et iō sicut possibile est q̄ antiḡps nō erit sic possibile est q̄ illa nō fuerit fides. sicut possibile est q̄ nō fuerit vera. **S**ecūdo sequit̄ q̄ aliq̄s habuit spem q̄ p̄t nunq̄ habuisse spem. z possibile ē q̄ sua spes nō fuit spes. patz de illo q̄ habuit spem q̄ saluabit. z sic erit. qz fm̄ mḡm li. iij. dis. cxxj. c. p̄mo. Spes est certa expectatio future beatitudinis. zc. z cap̄lo sequēti dicit. q̄ spes nō est nisi futura z veyz. z iō sicut possibile est q̄ iste nō saluabit. ita possibile ē q̄ nō habuit certā expectatōz nec p̄ p̄ns spem zc. **T**ertio sequitur. aliq̄s est saluatus z meruit saluari p̄ fidē z spem. q̄ pōt h̄ meruisse p̄ infidelitatē v̄ falsaz estimatōz. Patet de illo q̄ hoc meruit qz credidit vltimū iudiciū fore. z nō pōt hoc n̄ meruisse z tñ sua fides pōt fuisse infidelitas v̄ falsa estimatio sic illud p̄t nō fore. Et similiter aliq̄s p̄t meruisse dānationē p̄ rectā estimatōz z verā fidē vt qz credidit vltimū iudicium

pmi niones sub et no  
impetua

hinc istas Regulas

aliq̄s habuit fidem q̄ p̄nt nūq̄ habuisse fidē

# Questio tredecima

ejum nō fore. zc. **U**n p̄ q̄ hō nō meret in credēdo. qz creditū ab eo sit vez. nec demere tur quia sit fallum. nā hoc nō est in potestate sua. sed iō meret qz sibi sic p̄cipit a deo z vult obedire z de vult actū acceptare. zc. Quarto sequit̄ q̄ aliq̄s p̄phetavit q̄ potest nunq̄s p̄phetasse z possibile est q̄ sua p̄phetia nūq̄s fuerit p̄phetia. Patet. qz iste termin⁹ p̄pha siue p̄phetia est termin⁹ cōnotatiu⁹ q̄ sit de vero. Un̄ describit̄ p̄phetia q̄ est diuina inspiratio euentū rei immobili veritate demonstrās. Nō quidē intelligēdo q̄ sit immobilis. i. necessaria veritas simpliciter absolute s̄z cōditionaliter. sic q̄ necesse est si aliquid est p̄phetatu⁹ illud euenire. Et iō sicut possibile est q̄ illud nō sit vez q̄ Job p̄dixit de resurrectione. ita possibile est q̄ nūq̄s p̄phetauerit d̄ resurrectione. Et i potestate anticipi futuri erit facere q̄ x̄ps in aliquib⁹ q̄ p̄dixit de ip̄o nō fuerit propheta. Et p̄similit̄ posset dici de multis s̄z trāseo. qz ex p̄dictis satis patet via subtilibus ad multa p̄cludēdū in hac materia. Et hec d̄ toto tertio articulo **A**d rōes p̄ncipalis questionis patet clare ex tribus articulis p̄missis quid dicendū sit. Et hec de questione

## Questio tredecima

A

### Arca quadrage

simāsecundā distinctiōz. z alias sequētes i quib⁹ magister agit d̄ potētia z causalitate dei Quero vtrū de⁹ sit p̄ma causa simplr̄ oipotēs z vniuersaliter omnifaciēs. **E**t arguit̄ p̄mo q̄ nō qz nō om̄e possibile fieri de⁹ p̄t facere. igitur de⁹ nō est simplr̄ oipotēs. Cōsequētia satis p̄z sed a n̄s p̄bat. qz malū vel pctm̄ est possibile fieri a creatura z nō a deo. qz nō p̄t peccare igitur zc. **S**ecūdo arguit̄ sic. qz nō om̄e factibile de⁹ p̄t se solo facere. igit̄ nō est p̄ua causa vniuersaliter omnifaciēs. Cōsequētia p̄z qz p̄ma cā vniuersaliter omnifaciēs qd̄qd̄ p̄t cū causa sc̄da p̄t se sola. aliter nō esset p̄ma. s̄z a n̄s p̄bat. qz act⁹ odij dei est factibilis a causa sc̄da. z t̄n̄ illū nō p̄t de⁹ se solo facere. aliter sequit̄ q̄ de⁹ nullo coagēte posset actū culpabilē facere. qd̄ est s̄ doctrinā sc̄toz. igitur zc. **T**ertio arguit̄ sic. qz nullū p̄ducibile qd̄ de facto p̄ducit de⁹ p̄t meli⁹ facere. igit̄ deus nō est simplr̄ oipotēs Cōsequētia satis patz s̄z a n̄s p̄bat. qz dei potētia p̄ductiua ē infini

ta. q̄ qd̄ p̄ducit infinite p̄ducit. qz sua p̄ductiua potētia z sua p̄ductio actiua sunt ides **E**t p̄ns oīa equaliter p̄ducit nec p̄t aliquid meli⁹ p̄ducere q̄ de facto p̄ducit. Igitur zc. **I**n oppositū oīm istoz est exp̄ssa determinatio mgr̄i i l̄ra z est cōis doctrina **I**n ista p̄clusiōe iuxta materiā tr̄tū argumētōz erūt tres articuli. **P**rim⁹ vtrū de⁹ sit potētia actiua simplr̄ oipotēs. **S**ecūdo vtrū de⁹ sit p̄ma causa vniuersaliter omnifaciēs. **T**ertio vtrū de⁹ sit potētia infinita eql̄iter om̄ia p̄ducēs **C**irca p̄mū articulū sic p̄cedā. **P**rimo p̄mittā aliquas suppositiōes. **S**ecūdo aliquas distinctiones. **T**ertio ponā aliq̄s p̄clusiōes **Q**uantū igit̄ ad p̄mū in quo videndum est qd̄ nois hui⁹ termini omnipotēs. z q̄re de⁹ dicatur oipotēs sit p̄ma suppositio. **Q**uod deus d̄ omnipotēs v̄l omnipotētia: nō a potētia passiua s̄z actiua. Patet et p̄mo q̄ de⁹ dicat̄ oipotēs vel oipotētia. est articulus fidei. vt apparet i simbolo zc. Un̄ etiā Exo. xv. d̄. omnipotēs nomē ei⁹ zc. **S**z q̄ hō dicat̄ a potentia passiua patz. qz nihil p̄t pati cū sit intransmutabilis. Jac. i. Apud quē nō est trāsmutatio zc. **S**ecūda suppositio q̄ de⁹ nō d̄ omnipotēs a potētia actiua q̄si qualibet potētia actiua sit formaliter potēs. quia nullam potētiā actiua creatā sicut ignis alterius ve creature h̄z formaliter zc. **T**ertia est q̄ de⁹ nō d̄ omnipotēs qz possit p̄ducere oē possibile p̄duci siue om̄e illud qd̄ p̄duci nō implicat p̄tradictiōem. Patet. qz sili⁹ v̄l spūs sanct⁹ nō esset oipotēs. Cōsequens est s̄ doctrinā sc̄toz. z reputat̄ hereticū. p̄na patz. qz neuter p̄ducere p̄t oē p̄ducibile cū quilibet eoz sit p̄ducibilis. imo de facto p̄ducit a p̄ez nō possit p̄duci a se. zc. **E**t eodē nō argueret̄ de essentia diuina que nullū p̄ducibile p̄t p̄ducere ad itra. zc. **Q**uarta ē q̄ de⁹ non d̄ omnipotēs qz possit facere om̄e possibile siue oē illud qd̄ esse nō implicat p̄tradictiōem. Patet qz nō potest facere se z t̄n̄ ip̄m esse nō implicat p̄tradictiōem. zc. **Q**uinta est. **Q**uod de⁹ nō d̄ omnipotēs qz possit facere oē illud quod fieri ab ip̄o nō implicat p̄tradictiōem. Patet. quia pari ratōe om̄e illud esset omnipotēs qd̄ posset aliqd̄ facere. vt patz clare zc. **S**exta est q̄ deus dicat̄ omnipotēs qz potest facere om̄e factibile siue om̄e illud qd̄ fieri non implicat contradictionem. Patet ex dictis a sufficienti diuisione. quia non apparet alia ratio quare dicatur omnipotens.

deus sit omnipotens et articulus fidei

vide hec

maxi dicitur  
omni  
3

# Primi sententiarū

**U**nde ex p̄dictis patet q̄ iste terminus omnipotēs vel omnipotētia est vn̄terminus includēs istū terminū potēs vel potentia in recto. et hoc signū distributiū oīs in obliquo cū vno alio termino distributo in obliquo ibi subintellecto. termin⁹ aut̄ ille distribuit̄ p̄t̄r̄ sb̄intelligi vel iste terminus p̄ducibile vel iste termin⁹ factibile ita q̄ tal̄ terminus ibidē distribuit̄. et nō iste terminus rectus potēs vel potētia. sicut supra dictū fuit in q̄stione de equalitate p̄sonarū artic. iij. Et s̄m hoc iste termin⁹ potest dupliciter sumi. Uno modo large. et sic describeret̄ omnipotentia q̄ est potētia oīs p̄ducibil̄ p̄ductiua. Alio modo stricte. et sic describeret̄ omnipotentia q̄ est potētia cuiuslibz factibilis siue omnis p̄ducibilis ad extra p̄ductiua. Un̄ p̄mo modo nō sumit̄ apud sanctos s̄z secūdo modo sicut dictū fuit in q̄stione supra dicta. Et rō fuit ibi assignata. **S**ecūdo patet q̄ omnipotentia p̄mo modo dicta nō dicit̄ p̄fectōem simpliciter. nec illo modo d̄r̄ de⁹ omnipotens. Patet. quia talis nō cōuenit cuiuslibet p̄fecto simpliciter. q̄z nec filio nec sp̄i sancto nec essentie diuine. zc. **T**ertio patet q̄ oīpotentia secūdo modo dicta dicit̄ p̄fectōem simpliciter. et illo modo d̄r̄ de⁹ omnipotēs. Patet quia talis p̄uenit cuiuslibet p̄fecto simpliciter. zc. **E**t si dicat̄ q̄ pari rōe q̄ d̄r̄ q̄ posse facere aliquā rem siue eā p̄ducere p̄ factiōez sicut creaturā dicit̄ p̄fectōem simpliciter. eadem rōe potest dici q̄ posse p̄ducere aliquā rem sicut diuinā p̄sonam est posse simpliciter dicit̄ p̄fectōem simpliciter. et sic aliqua p̄fectio simpliciter cōuenit patri que nō conuenit filio. quia posse p̄ducere aliquā rem et nō p̄fectōem. nō videtur diminuerē de p̄fectione. zc. **R**espōdeo q̄ ex his que sunt fidei sequitur q̄ nō posse producere filiū vel personam diuinā. stat cū omnipotētia que dicit̄ p̄fectionem simpliciter. hoc tamen nō est cuiusdens. sicut bene probat ratio. sed tamen aliquam creaturā nō posse producere sicut hominem vel asinū. siue aliquid nō posse p̄ducere quod tamē est factibile nō stat cum omnipotētia que dicit̄ p̄fectōem simpliciter. licet etiam hoc nō sit euidēs. Patet quia multi phī posuerunt p̄mam causam nihil facere vel agere in genere cause efficiētis. et tamē esse p̄fectam simpliciter. Et ideo posse p̄ducere diuinā p̄sonam nō dicit̄ p̄fectōem simpliciter sed bene posse p̄ducere creaturā. Et sic

aliquis est simplicit̄ p̄fectus q̄ nō potest producere quodlibet p̄ducibile sicut diuinā p̄sonam. et tamē nō esset simpl̄r̄ p̄fectus si aliquam creaturā nō posset p̄ducere. Et licz n̄ sit euidēs. quare vnū magis debeat p̄cedi q̄ aliud. tamē vnū debet p̄cedi et nō aliud quia ad hoc obligamur p̄ fidem. sicut clare patet ex supradictis. zc. **Q**uarto patet. q̄ cum omnipotētia que dicit̄ p̄fectōem simpliciter et s̄m quā deus d̄r̄ omnipotēs soluz respiciat p̄ obiecto creaturā siue rem p̄ducibilem p̄ factiōem. ideo omnipotētia sic dicta et omnipotēs illo modo bene describitur p̄ hanc oratiōem vel equivalentē. s. potens facere quidq̄d fieri nō implicat̄ p̄tradictiōem. **S**ed hanc descriptionem reprobatur Dugolin⁹. et instat̄ p̄tra eam. quia peccatū fieri nō implicat̄ cōtradictiōem. et tamen deus nō potest facere peccatū. zc. Ideo dat̄ aliam descriptionem et dicit̄ q̄ omnipotēs est q̄ potest facere q̄cūq̄ fieri ab oīpotētē nō implicat̄ p̄tradictiōem. Hec autē orō nihil valet. quia descriptiū ponit̄ in descriptiōe quod nō debet fieri sicut patet. vj. thopicorū. ideo nō est descriptio sed ridiculosa petitiō. Hec valet instātia q̄ tenēdo q̄ de⁹ nō potest facere peccatū p̄sequēter dicendū est sicut ip̄e tenet q̄ peccatū nihil est. iō sub illo distributiūo quidquid q̄d solū distribuit̄ istū terminum ens nō p̄ueniēt̄ sumit̄ ille termin⁹ peccatū ideo nō valet sua p̄na vt patet. Un̄ cum omnipotētia nō habeat p̄ obiecto nisi creaturā. vt dictū est. et peccatū s̄m ip̄m nō sit creatura. patet manifeste q̄ nō valet sua instātia. s̄z de assumpto magis alias videbitur. zc. **D**is q̄ p̄missis ad maiorē declarationē p̄ dictorū videndū est vtz oīne possibile fieri siue omne q̄d fieri nō implicat̄ p̄tradictionez deus possit de sua absoluta potētia facere. **C**irca q̄d ad declarationē terminorū p̄mittā tres distinctiōes. Secūdo ad articūm pono tres p̄clusiōes. **P**rima distinctio est de isto termino possibile. Nā possibiliū q̄daz sūt incōplere significabilia. q̄dā p̄o cōplere. **P**rimo mō adhuc possibile sumit̄ dupliciter. **U**no mō vt distinguit̄ s̄ actu ens. et sic oīne q̄d nō est et p̄t̄ esse. sicut antix̄ps. d̄r̄ quoddā possibile. **A**lio mō vt distinguit̄ s̄ necessariū. et sic oīs entitas etiā actu et̄ns q̄ p̄t̄ esse et potest nō esse d̄r̄ quoddā possibile. **E**t p̄portionabiliter possibile sc̄do mō dictū p̄r̄ dupl̄r̄ accipi. **U**no modo vt distinguitur s̄ verum

*Unde ex p̄dictis patet q̄ iste terminus...*

*omnipotentia sumit̄ b̄i fa videtur*

*philosophi ponit̄ p̄mam causam nihil agere in genere cause efficiētis et in p̄fectam simpliciter*

*oīpotentia 2m quam de⁹ de⁹ potes solū respicit̄ pro obiecto creaturā et hoc 2m q̄ dicit̄ p̄fectionem s̄m de⁹*

# Questio tredecima

nio pōt hic sub quatuor dictis breuiter re  
citari. **P**rimo em̄ dicit qz oēs ponere co  
gunt sacramenta noue legis esse aliq̄ mo  
do causas gr̄e. tam ppter autoritates sc̄toz  
sicut est illa Augustini sup Jo. omel. viij.  
vbi dicit. Que virtus ista aque vt corp<sup>9</sup> tā  
gat z cor abluat. Et loquit̄ de aqua baptis  
mali innuēs qz illa abluat cor sine aīaz. qd  
nō videt posse fieri nisi causando gratiam  
tam ppter cōe dictū. qz dicit̄ cōiter qz sacra  
menta noue legis efficiunt quod signant

**S**ecundo dicit qz h̄mōi sacramēta non  
pnt poni cā gr̄e sine q̄ nō. qz cā sine q̄ nō est  
tñ causa p accūs. Nam tñc nō poneret̄ in ei<sup>9</sup>  
diffinitōe cui<sup>9</sup> oppositū fecit mgr. **T**er  
cio declarat ista opinio qliter sacramētū  
ponendū sit cā gr̄e. z dicit qz causa efficiēs  
distinguit̄ dupliciter. Uno mō ex pte effe  
ctus scz in cāz dispositiua q̄ inducit effectū  
p̄mum z imp̄ctū. z in cām pfectiuā q̄ in  
ducit effectum p̄ncipales z vltimatū. **A**lio  
mō pōt distingui cā efficiens ex parte effi  
cientis scilicet in causam p̄ncipalem z cāz  
instrumentalem. **I**nstrumentū aut̄ dupli  
cem habet actionē. vnā ex p̄ria natura. ali  
am put motū est a p̄ncipali agente. et qñ  
habet secundā simul semp̄ habet z p̄mam.  
z illud ad qd attingit p secundā que ei pue  
nit in q̄tum est instrumentū aliqñ est tñi  
nus p̄ncipalis agētis. z aliqñ est tñi dispo  
sitiō ad illum terminū. **T**unc ad ppositū  
dicit qz aqua baptismalis p formam suam  
naturalem habet opationē p̄riaz. scz ablu  
ere vel madefacere corp<sup>9</sup>. **U**terius aut̄ in  
q̄tum est instrumentū diuine misericōdie ha  
bet effectū vltiorē non qdē ad gr̄az sic qz  
ipsam attingat in virtute p̄ncipalis agē  
tis sed ad dispositiōē p̄uīā que in q̄bus  
dā sacramētis est caracter. in alijs autē est  
aliq̄s ornat<sup>9</sup> aīe p̄portinat<sup>9</sup> caracteri.

**Q**uarto dicit qz in sacramentis est aliq̄  
virtus sup̄naturalis q̄ est ipsis p̄ncipituz  
agendi in q̄tum sunt instrumenta diuine mi  
sericordie. z bec virt<sup>9</sup> est ens spirituale in

31  
oppositio huiusmodi non potest dici  
nisi ex primo sic videtur per mag<sup>9</sup> dicitur

primus dicitur per Thomam per p̄p̄iam

2<sup>o</sup> dicitur per Thomam  
A p̄ncipaliter aut̄ nō dicitur causa  
z accūs  
3 dicitur sup̄ dicitur qz nō potest dici

uno  
2<sup>o</sup>

Instrumentū huiusmodi dicitur

4<sup>o</sup> dicitur sup̄ dicitur

## Quartū sententiārum

completū siue intentionale. multa alia dicit. sed hec sunt principalia ad propositū. Hanc autē opinionē quo ad singula ei<sup>9</sup> pūcta reprobatur multipliciter et diffuse Jo. sco<sup>9</sup>cus li. iij. solutione ad quartā q̄stionē et ad quādam vnica rōne pbando. et similr p<sup>9</sup> eius. **D**ekam in p̄ma q̄stioe q̄rti. **U**Sqz nolo hic insistere arguo q̄ eā vnica rōne pbando p̄clusionē predictā. quia illa positio ē irrōnabilis que ponit pluralitatē siue necessitate. Nam hoc est p̄tra doctrinā phorū vt patet p̄mo phisicoz de opinione melissi et anaxagore. et iij. de ania. et vij. Phisic. Quia em̄ natura nihil facit frustra semper vbi paucitas sufficit ad saluandū apparentias magis est ponenda. Et sicut sequēdo rōnem naturalē nihil est ponendū nisi qd ratio naturalis concludit. ita sequendo siudem nihil est ponendum nisi qd veritas fidei conuincit. **U**Sqz p̄dicta opinio nec ex rōne naturali nec ex veritate fidei cogitur ponere sacramenta legis none esse cās effectiuas gratie modo sup̄ius dclarato. vt in sequentibz patebit. Nec est aliqua necessitas imo oīno fictio et sup̄fluitas ponere vniuersaliter in sacramentis talei virtutem suā naturalē sicut in aqua vel in verbis placitis. aut ponere in ania aliquā dispositionē p̄ntiam gratie q̄ sit caracter vel ornatu. qz sine tali pluralitate p̄nt om̄ia saluari vt inferius apparebit. igit̄ predicta opinio est irrōnabilis. et p̄p̄ns p̄clusio vera. **S**econda p̄clusio est q̄ nullū sacramentū debet p̄pter hoc dici cā effectiua gr̄e qz de<sup>9</sup> in sacramento assistat p̄ modū specialis p̄sentie. **I**sta p̄clusio est s̄ Henricū de gan. q̄rto q̄. q. iij. vbi tenet qd de<sup>9</sup> assistit specialit̄ sacramētis. et p̄ hoc vult saluare qd sacramenta sunt cause gr̄e. **C**ōtra h̄ p̄clusionē arguit Scor<sup>9</sup> sic. deus nō est p̄m essentia p̄ntia vel potentia in aliq̄ sacramento plus q̄ in alio corpe. v̄ si ponat̄ aliter hoc nō ē nisi ad aliquē effectū causandū. Sed qd sic sit ibi nō pōt esse p̄ aliquā causalitatē sacramēti. sacramentū em̄ in nullo est cā deum determinans ad causandū effectū sibi p̄p̄riū. ergo t̄m est ibi deus aliter q̄ in alio corpe ex determinationē scz p̄p̄rie voluntatis q̄ disposuit sic opari coexistēdo tali corpi. et p̄ p̄ns vel opinio illa falsum p̄supponit scz deum aliter assistere sacramentis q̄ dictum ē. v̄ ipsa habet p̄cedere qd p̄pter sp̄alem assisten-

tiā dei sacramēta nō sunt cause gr̄e nisi ad istum sensum impropriū qd deus in sacramentis ordinauit sic agere nō qd ipsa sacramēta sic agant. et de tali ordinatiōe et libera p̄missione ipse certificauit ecclesiā. v̄ in h̄ sensu tenet Scor<sup>9</sup> qd sacramēta sunt cāe effectiue gr̄e et non aliter. qd ipse diffuse declarat sed transeo cā breuitatis. etiā qz ista positio satis clara est et forte clarior q̄ sua declaratio. patet q̄ secūda p̄clusio. et c. **D**  
**A**d videndū autē melius quō sacra sunt cāe gr̄e et quō non. et ad saluandū dicta scōrū et doctorū distinguendū est de cā efficiente. qz em̄ cā est illud ad cui<sup>9</sup> esse sequit̄ aliqd dupl̄r pōt aliqd dici cā. Uno mō p̄p̄rie. qm̄ ad p̄sentia esse vniuersi vtute ei<sup>9</sup> et ex natura rei sequit̄ esse alteri<sup>9</sup>. et sic ignis est cā caloris. Alio mō improprie. qm̄ ad p̄ntiam eē vniuersi sequit̄ esse alteri<sup>9</sup>. nō t̄m virtute ei<sup>9</sup> nec ex natura rei. sed ex sola voluntate alterius. et sic actus meritorius dicitur causa respectu p̄m̄i. Sic etiā cā sine q̄ nō dicit̄ cā. **E**t qd sequit̄ primo qd cā sine q̄ non. nō d̄z absolute et simplr̄ dici cā. qz p̄p̄rie nō est cā. **S**econdo sequit̄ qd in naturalibz nō repit̄ aliq̄ cā sine q̄ non respectu alicui<sup>9</sup> effect<sup>9</sup>. sed in voluntarijs b̄n repit̄ talis cā. qz in naturalibz sp̄ ex natura rei sequit̄ effectus. sed nō in voluntarijs. **I**sta distinctione p̄missa pono terciā p̄clusionē qd sacramēta legis nō ue p̄mo mō nō sunt cāe effectiue gr̄e sed b̄n secūdo mō et improprie. **I**sta p̄clusio simul quo ad vtrāqz p̄tem pbat̄ sic. **A**d p̄sentias sacramētoz ex vtute ipsoz nō sequit̄ gr̄a s̄z solum ex vtute alterius scz dei sic agentis. nec talis sequela ē ex natura rei sed solū ex voluntate libera dei. igit̄ p̄clusio vera. p̄ntia tenet ex terminis. **E**t autē patet. qz solū ex eo sequit̄ gr̄a ad p̄sentiam sacramētoz. qz deus sic instituit qd non p̄feratur gr̄a nisi p̄sitis sacramētis et ipsis positis cōferat̄. **E**t si oppositū instituisset effectus oppositus sequer̄. **E**x hac distinctione sequunt̄ duo correlaria s̄ sanctū Thomā. **P**rimū est qd quodlibet noue legis sacramentū solū est cā gr̄e sine q̄ nō. et ita p̄nt̄ intelligi om̄ia dicta vel autoritates sc̄toz aut doctorū q̄ vident sonare qd sacramēta legis noue sunt cause gratie. **U**nde quādo mgr̄ et sancti dicunt qd sacramenta noue legis efficiūt qd figurant. non est intelligendum qd proprie efficiant gratiam sed qd deus efficit̄ eas ad

# ¶ questio prima

eorz presentia. z hoc sufficit magistrz z alijs  
ad ponendū differentia inter noua z antiq  
sacramēta. **S**ecundo sequitur q nullū sa/  
cramētū legis noue sine p virtutē ppriaz  
sine p virtutem ei collatam est pprie causa  
efficiens alicuius dispositōis in aia ad gra  
tia puenie. Patet. qz talis rō pōt fieri de ta/  
li dispositōe sicut facta est de gra. hoc etiā  
diffuse pbat. **D**ekā in solutione pme qstio  
nis qtri libri. **E**t cōtra istud correla  
riū z secundā prem qstionis arguo sic. et p  
bo q sacramētū sit pprie causa gratie z etiā  
dispositōis ad eam puenie. qz videt q omē  
illud q posito ponit aliud sit pprie causa il  
lius. Nam de ratione cause pprie dicte non  
est q ad ipsam necessariū sequatur effectus  
aut q non possit poni sine ipsa. qz ignis est  
pprie causa caloris z tamen non necessariū  
sed mere ptingēter ad ignē sequit calor. sic  
patuit de igne trium pueroz in fornace. si  
militer calor etiam igne p̄sente pōt produ  
ci igne nihil causante sicut patz si de se so  
lo pduceret calorē suspendendo actionem  
ignis p̄sentis. Igitur ad hoc q aliquid sit p  
pprie cā alterius sufficit q ipso posito pona  
tur illud z ipso non posito nō ponat. s; sic  
ē de sacramētis respectu grē zc. igitur zc. Et  
pfirmat. qz sicut ad p̄sentiam sacramento  
riū sequit grā solū ex voluntate alterius. s.  
dei sic volentis. ita ad p̄sentiam ignis se  
quit calor solū ex volūtate dei. qz ipso sic  
volente sequit calor. z ipso sic non volente  
non sequit. Igitur ita pprie sacramenta sunt  
cause gratie sicut ignis est cā caloris. cui  
oppositū dictum est. **P**ro solutione hui  
dubij pono aliquas ppōnes. **P**rima est  
q qñcunq; deus facit aliquē effectū medi  
ante causa secunda. ipse non solū facit illū  
effectū sed etiā facit cām secundā esse cām  
illius effect. **P**robat qz deus facit oē posi  
tiū. cām aut secundā causare effectū suū  
est qd positiū. igitur zc. **S**ecūda ppo  
sitiō sequens ex p̄dicta est q deus nihil fa  
cit fieri p aliud qn illud idēz facit p seipm.  
Imo p̄us natura z p̄ncipaliter facit illud.  
**T**ercia Plus facit de faciendo aliquē  
effectum mediante cā secunda q si faceret  
eundem effectū se solo. quia in p̄ma factio  
ne sunt plures termini diuine actiōis qz in  
secunda factio. vt patet ex p̄ma ppōne  
**Q**uarta ppositio est q nulla causa secun  
da sic est pprie cā alicuius effectus nec ali

quis effectus sic ex natura rei sequit ex ali  
qua cā secunda q causa necessariū inferat  
effectū vl q effectus necessariū p̄supponat  
illam cām imo effectus pure ptingēter seq  
tur ex secunda. et secūda cā pure ptingēter  
antecedit effectū suū. **Q**uinta ppō q nō  
obstantib; p̄dictis aliqua cā efficiens scōda  
sic est pprie causa q ipsa agit effectum v̄tu  
te ppria. dico aut virtute ppria non qdem p  
ppria p exclusionem v̄tutis extranee vel alie  
ne. sed v̄tute ppria. i. virtute que est in ipsa  
vel q est ipsamet z nō sibi aliena. Sic enīz  
ignis agit calorē virtute ppria scz aliq v̄tu  
te q non est sibi aliena. Nec tñ excludo qn  
agat virtute dei que est sibi virtus aliena z  
a sua ppria v̄tute distincta. **S**exta  
ppositio est. Aliqua est cā efficiens secūda  
ad cuius positionē sequit effectus non so  
lum ex voluntate dei sed ex natura rei. z so  
la talis causa secunda est cā pprie dicta.  
Ista patet ex p̄cedente. quia effectus q seq  
tur ad positionem cāe z hoc ex virtute pro  
ppria ipsius cause non solum sequit ex volū  
tate dei sed ex natura rei. **E**x his patz ad  
formam ar̄tenti. vñ qñ dicit d rōne cause  
pprie dicte non est q ad ipsaz necessariū se  
quat zc. Ideo sufficit q ipsa posita zc. con  
cedo añs. qz facit p quarta ppōne posita. s;  
nego p̄nam. qz nec p̄mu3 requiritur nec se  
cundum sufficit ad hoc q causa secūda sit  
cā pprie dicte. sed requirit z sufficit q posi  
ta ipsa ponat effectus. scz ex virtute ipsius  
cause z non solum ex voluntate dei. sic aut  
non est de sacramētis zc. **A**d cōfirma  
tionē aut quādo dicit q ad p̄sentia ignis se  
quit calor solū ex voluntate dei. nego istd.  
quia qñ ignis producit calorē z talis calor  
sequit ex volūtate di p̄ncipaliter. sed tamē  
vna cū hoc v̄tute ignis. Et qñ pbatir op  
positum qz deo sic volēte sequit calor zc.  
Dico q hoc est verū sed nō est ideo verū q  
ille calor seqtur solum ex voluntate di. sed  
quia cessante voluntate dei cessant singla  
ex qbus ille calor sequitur sen ponit in esse  
ideo zc. **U**nde pcedo istam septimā p  
positionem q licet ad p̄sentia cause secun  
de pprie dicte sequat effectus non soluz ex  
voluntate dei sed ex virtute ipsius cause et  
ex natura rei. tamen q ad p̄ntiam alicuius  
cause secunde sequat aliquis effectus v̄tu  
te ipsius cause sen ex natura rei. soluz est ex  
volūtate dei. Nā hoc solum est qz de vult

## Quarti sententiarū

talem causam assumere ad coopandum si  
bi talem effectum quem si vellet possz sine  
ea pducere. **¶** Et qua sequit octava ppō  
q licet oīs causa secūda pprie dicta causet  
effectū ex natura rei. tñ q ipsa sit cā pprie di  
cta non est ex natura rei qz solum ex volun  
tate dei. Et hec de pmo articulo q. sufficiāt.

**¶** Quantū ad secundum articulum  
videndum est. vtrū posse creare simplr re/  
pugnet creature. qz etiam hanc materiam  
tangit mgr ca. vlti. v. disti. qrtili. vbi videt  
tenere q potentia creādi saltem ministeri/  
aliter seu instrumetaliter est cōcabilis cre  
ature scz sacramētis seu ministris sacramē  
toz. cuius oppositū videt pbare secūda rō  
q. Unde p intellectu hui<sup>m</sup> materie pzemis/  
to vnam distinctionē. scz q creare seu crea  
tio in philosophia z in theologia solet capi  
qdruplr. z tot modis sumitur annihilare.  
qz quot modis dicitur vnū oppositorū tot  
modis dicit z reliquum. **¶** Primo modo  
creare cōmunissime et largissime sumit p  
vt idē est q facere aliqd esse post nō esse. et  
correspondēter annihilare est facere aliqd  
non esse post esse. Et sic accipit pmentator  
creare. in. de aīa vbi dicit q intellectus cre  
at intellectuē. Et hoc mō generatio non  
differt a creatione vl corruptio ab annih  
latione. fm hunc modū clarum est q crea  
tura pōt creare z etiam annihilare. ideo de  
ista acceptione nihil dicam. qz etiam nec ē  
ppria. **¶** Secūdo sumit creare minus cō/  
muniter z minus large put idem est q fa  
cere aliqd esse post nō esse ab illo agēte qd  
pōt hoc sine causali influxu materie vl sub  
iecti. et corrūdetēter pōt sumi annihilari seu  
annihilatio. z sic accipit creare. qñ dicit q  
omnis res est creator vel creatura. qz licet  
deus producat multa ex subiecto sicut oēs  
formas materiales. tñ dicit oīa creare. qñ  
oīa pōt pducere sine causali influxu mate  
rie vel subiecti. Et fm hunc modū possibi  
le est idē creari z generari. z idem annihila  
ri z corrūpi. Multa em h mō creant q etiā  
generant z pducunt ex matia vel subiecto  
Unde hic z in seqntibz cum loquor de ma  
teria non intelligo solū materiā pīnaz que  
est subiectū formaz substācialiū sed p ma  
teriam intelligo quodlibet subiectū de cu  
ius potētia pōt educi aliq forma. z sic intel  
lectus est materia sue intellectōis sic etiā  
eadem res est materia z forma. Nec ista ac

ceptio est impropria. qz sic capit phus ma  
teriā. in. phisi. z. v. metha. qñ distinguit qtu  
or genera cāz. s. materiā formā efficiētē z fi  
nem. qz aliter nō oīs cā reduceret ad aliqm  
istaz. **¶** Tercio mō sumit creare magis stri  
cte z magis pprie. put idem est q facere ali  
qd esse post nō esse sine cōcursu causali seu  
influxu materie vl subiecti sine subiecto p  
supposito ex quo illud fiat. z corrūdetēter pōt  
sumi annihilare. Et sic accipit creare qñ  
dicit q anima creat vel grā in anima. qz licet  
grā vel anima pducatur in subiecto nō tñ ex  
subiecto. Nam in suo fieri vel suo esse non  
dependet causaliter a subiecto. Et isto mō  
capiendo creare nō est possibile idem siml  
creari z generari aut annihilari z corrūpi.  
qz creatio et annihilatio nō p supponunt sub  
iectū ex q. generatio pō z corruptio illd p  
supponunt. Et fm hanc acceptionē nō est  
bona diuisio entis qz oēs ens est creator vel  
creatura. qz sic nullū ens generatū est cre  
atura. Nam oēs generatū fit ex subiecto. Et  
intelligo oīa ista de pductione ad extra. qz  
d. pductione ad intra uon essent vera. Nam  
filius dei nō pducit ex subiecto z tñ nō cre  
atur sed generat. Claz est igitur q nō stat  
aliqd creare vel aliqd creari isto tercio mō  
z non secūdo mō prius dicto. sed bñ econ  
tra. tñ qquid pōt creare isto mō pōt crea  
re secūdo mō z ecōtra. Ideo d. secūdo mō  
nihil dicā. qz dicto tercio patet de illo.

**¶** Quarto mō sumit creare satis stricte et  
satis pprie. licz non capiatur sic cōmuniter p  
ut idem est q facere aliqd esse post nō esse ab  
agente se solo causante z sine pcurfu alteri  
us cause efficiētis. siue pducatur ex subiecto  
siue non. z corrūdetēter pōt sumi annihilare  
Et sic capit creare Gen. j. c. vbi dicit. creauit  
deus oēm animā viuētē zc. Nō em opoz  
tet intelligere q deus tunc creat omnē ani  
mam ex nihilo. sed iō oēm talem aīam cre  
asse dicitur qz se solo pduxit licet pduxerit  
ex subiecto. Et fm istū modū patz q bene  
stat idē simul creari z generari. qz ille anie  
de qb dictū est fuerūt create qz a solo deo  
facte. z tñ fuerūt generate. qz ex subiecto p  
ducte. Sic ergo patz quōd creare dicit qtuor  
modis. De qb quatuor duo vltimi magis  
sunt ad ppositum. ideo de illis solum ponā  
tres pclusiones. **¶** Prima cōclusio  
est q capiendo creare z annihilare quarto  
mō p nullā potētia siue ordinatā siue ab

vide sententiam magistri

nota hic 2 dicitur accepti

## ¶ questio prima

solutam creatura potest creare vel annihilare. **S**ecunda est q̄ capiēdo creare z annihilare tercio mō z loquēdo de potētia naturaliter ordinata nulla creatura p̄t creare vel annihilare. **T**ercia est q̄ capiēdo creare z annihilare illo tercio mō. et loquēdo de potētia simplr absoluta q̄libet creatura potest creare z annihilare. Et istam tercia non assero. qz cōiter negat ab omnib. sed eam solum pono pbabiliter et disputatiue. **P**rima conclusio probat sic. p̄ nullam potētia creatura se sola aut sine alio agente z currente p̄t facere aliqd esse post non esse. vel aliqd nō esse post esse. igitur conclusio vera. consequētia est clara. z aīns patz. quia creatura nihil oīno p̄t nisi deo z currente. Nam sicut necessario de<sup>o</sup> est oipotens ita necessario si aliqd fit ipse est oifaciens. z etiam si aliquid de esse transit in non esse ipse respectu illius subtrahit suam influentiā conseruatiuā. ac p̄ hoc ipē ē illius cā destructiua. Et hoc tenenduz est ex fide licet nō possit p̄bari euidenter. et sic patet de quarto mō creandi de quo breuiter transio. qz de illo modicū loquunt doctores. **S**ecunda conclusio p̄bat. circa cuius pbationem dico duo. **P**rimo dico q̄ ipsa nō p̄t probari euidenti rōne. **T**ū p̄mo quia oīs probatio eius potest apparēter solui etiam sequēdo purā p̄hiam naturalem. **T**um secundo quia puri philoso phi posuerunt oppositū sicut Auicenna q̄ cōcedit creaturam creare posse. imo de facto creare. sicut patet. ix. metha. vbi ipse ponit intelligentiā secundā esse cāz producti uam tercie z terciāz quarte z sic deinceps. illa aut̄ intelligentiā secūdo vel tercio pducta creata est. z productio vtriusqz creatio est eo mō quo ipse loquitur de creatione z creatura sexto **M**etha. put scz creatio ē p̄ductio de nihilo z est post nihil nō ordine duratiouis sed ordine nature. put ipse exponit ibidem vel de uihilo id est nō de aliq̄ ipsius producti supposito. **H**oc ḡ mō ipse ponit intelligentiāz secundā productā a deo. z terciā a secunda nullo p̄supposito. z cape esse post nō esse ordine nature sed nō duratiōis. qz nō ponit nouitatem. z iste modus ponendi est bene subtilis z valde probabiliter sustinibilis. nec oppositum posset euidenter probari. **E**x quo patet error **A**restoilis z sui p̄mentatoris q̄ reputauerūt p̄nci

pium euidentē q̄ ex nihilo nihil fit. siue q̄ dē qd̄ fit fit ex aliquo. quia nec est euident̄ nec euidenter probabile. Et sic patet q̄ p̄dicta secunda cōclusio nō p̄t euidenter probari sicut dixi. **D**ico t̄m secundo q̄ ipsa potest apparēter probari **U**nde eam uisus est probare multipl̄ sanctus **T**homas. sz oēs rōnes eius reprobat **S**cotus. eo q̄ ille supponunt multa falsa sicut ipse ostendit in p̄ma q. quarti. ideo ipse facit alias rōnes q̄s etiam refellit **O**ckā. q. q̄rta secūdi. ostēdens ibi eas nō p̄cedere ex veris. **N**olo t̄m hic insistere sed probō seu p̄suadeo cōclusi onem ostendendo p̄mo q̄ de potētia naturaliter ordinata nulla creatura potest creare id est aliquid facere esse sine subiecto cōcurrente. **S**ecundo q̄ nec p̄t annihilare **P**rimū probat sic. qz si creatura posset creare. vel naturaliter vl̄ libere. **P**rimo uō p̄t dici q̄ naturaliter. quia agēs qd̄ equaliter se habet ad plura producibilia eiusdēz rōnis q̄stum est de se vel oīa producūt vl̄ nullū. qz nō est rō quare illud z nō istud. sed agēs naturaliter equalit̄ se hz ad oīa producibilia eiusdē rōnis q̄stum est de se imo est ad infinita z agit p̄m vltimū potētie. igit̄ si possit producere vnū non req̄rendo subiectū receptiuum et quo producat pari rōne producet oīa producibilia eiusdē rōnia cum illo. z p̄sequēs poterit producere in finita. hoc autem est falsum. igitur zc. **S**ecundo nō p̄t dici q̄ creatura possit creare libere seu p̄ libez arbitriuz. quia sic nō p̄t creare nisi mediante suo velle. z tūc si ponat q̄ p̄t creare per suum velle. vel h̄erit sic q̄ eo ipso q̄ veller ipsūm producibile esse ipm esset. vel sic q̄ volitio posita est cā ipsius produceudi seu creandi. **S**i secundo mō cum volitio posita z causata naturaliter causet illud cuius est cā. patet q̄ redit idem argumentū qd̄ factū est de acti uo naturali. **S**i p̄mo modo cum volūtas creata possit velle infinita eq̄liter sicut finita z eq̄leuiter. igit̄ poterit creare etiam infinita. z si non p̄ vnā volitionē tamē p̄ infinitas volitiones successiue. hoc aut̄ videtur falsum sicut p̄us. qz non videt̄ esse finite potētie posse producere infinita. **H**anc rationē prolixē tractat **A**dā p. q. quarti. ipsam fortificando z declarando. et videt̄ mihi q̄ ipsa bene concludit q̄ creatura p̄m potētiā naturaliter ordinatā seu p̄tute

vide hoc vno loco

## Quarti sententiarū

sua naturali non potest aliquid creare seu aliqd facere et non ex subiecto. et hoc tenuerunt philosophi propter experientiam. quia videntur in multis tam artificialibus quam naturalibus quod omne quod fit. fit ex aliquo. sic vestis ex panno. pannus ex lana. ignis ex lignis et sic de alijs. Et non videntur instantias in aliquo. ideo tenuerunt quod quicquid facit aliquid de nouo facit illud ex aliquo. nec potest illud facere ex nihilo. et hoc est bene verum secundum potentiam naturaliter ordinatam. tamen videtur mihi quod cum omnibus predictis stat quod de potentia simpliciter absoluta creatura possit creare. quia deus absolute posset creature super naturaliter concitare potentiam creandi. sicut patebit in tertia conclusione. quibus ad am teneat oppositum et communiter omnes. **S**ecundum probatur scilicet quod nec etiam creatura potest naturaliter seu de potentia naturali annihilare. quia agens naturaliter semper intendit per prius productionem alicuius quam destructionem alterius. ideo quod potest annihilare potest creare et cetera. Unde videmus per experientiam quod in operationibus naturalibus semper ad destructionem unius sequitur productio alterius. ideo dicit Aristoteles primo de generatione quod semper corruptio unius est generatio alterius. igitur et cetera. **R** **S**ed contra predictam conclusionem sunt tria dubia. **P**rimum est utrum deus possit creare mediante creatura ipsa creature pure naturaliter agente. Et videtur quod sic. quia deus creat animam humanam mediante homine ipso homine pure naturaliter agente. aliter in productione hominis homo non esset causa efficiens naturalis. igitur videtur quod creatura naturaliter possit creare saltem partialiter et instrumentaliter. **S**ecundum dubium est. quia videtur quod creatura possit annihilare. quia peccatum mortale destruit gratiam et infidelitas fidem. sed destructio gratie vel fidei est annihilatio sicut eorum productio est creatio. igitur et cetera. **T**ercium dubium est contra modum probandi conclusionem quia per simile rationem probaretur quod creatura non potest naturaliter generare. quia arguitur sic. omne agens naturaliter non impeditur respiciens plura producibilia equaliter producit quodlibet vel nullum. Sed omne agens naturaliter equaliter respicit omnem formam producibilem de potentia huius materie ab ipso in eam. Et similiter illa materia vel subiectum indifferenter est in potentia ad receptionem cuiuslibet illarum. quia nec habent or-

dinem ad agens nec ad passum cum quolibet illarum omnino nihil sit. igitur producit quodlibet tale. et per prius potest producere infinitas vel nullam potest et cetera. Item si illa ratio aliquid probat non videtur aliud probare nisi quod creatura non potest aliquid producere nisi in receptione sicut anima et gratiam. igitur et cetera. **P**ro solutione primi dubij sciendum est quod deum creare mediante creatura potest intelligi dupliciter. Uno modo quod deus creet aliquid creatura illud idem producente. sicut celum agit mediante lumine calorem quia lumen secum agit calorem. Et sic loquendo deus non potest creare mediante creatura. ipsa creatura naturaliter agente seu secundum naturam. quia si deus sic faceret esset miraculum. Utrum autem possit sic facere videbitur in tertia conclusione quod sic. Alio modo potest intelligi deum creare mediante creatura quia dat potentiam creature aliquid faciendi in aliquo receptione. quo facto ipse vult immutabiliter causare. sicut dedit potentiam homini sic disponendi materiam in generatione hominis quod ipsa sic disposita ipse immutabiliter velit animam intellectiuam creare. Et isto modo posset deus multa creare per creaturam seu mediante creatura. quod ipse de facto sic non creat. Sic enim potest conferre sacramentis vel ministris sacramentorum potentiam creandi. id est causandi aliquem effectum naturalem vel faciendi aliquid naturaliter circa aliquod subiectum utpote circa puerum baptizatum. quod factum immutabiliter ipse vult creare. hoc autem potuit sed non fecit. sicut dicit Augustinus. omne. v. super Iohannem. et allegat illud magistri quod dicitur. disti. v. Et sic dicit Scotus et Adam post eum quod magister intelligit in illa distinctione deum posse concitare creature potentiam creandi. licet hoc non concitauerit de facto sacramentis vel ministris sacramentorum. **P**ro solutione secundi dubij pono aliquos propones. **P**rima est quod nec peccatum mortale actiue destruit gratiam nec infidelitas fidem infusam. **S**ecunda quod infidelitas bene destruit actiue fidem acquisitam. quia illa destructio non est annihilatio sed corruptio. sicut productio si dei acquisita est naturalis generatio. **T**ercia est quod peccatum mortale demeritorie destruit gratiam et infidelitas fidem infusam deus autem solus actiue destruit eas. scilicet non deseruando seu subtrahendo influentiam manutentione sue ab eis. **Q**uarta propositio est quod quod ponit casus culpe mortalis tamen cito et non

# Questio prima

prius vel posterius tpe vel natura deus annihilat gram. Exemplū de obstaculo luminis. Ad terciū dubiū pōt rīderi dupl'r. Uno mō fm Dckam q̄ tenet q̄ idē agens naturale de eodē passo nō est in eternū natū pducere nisi vnicū indiuiduū eiusdem rōnis adēqtū sue actiuitati ex eodez passo fm numez. 7 q̄ ista forma rediret q̄tēs idē agens pduceret indiuiduū eiusdem speciē ei ex illa materia. Et istud tenet Scor<sup>o</sup> in li. q̄rto esse multū pbabile et magis videtur ad hoc decliare. 7 fm istū modū lenissime rīderit ad illam obiectionē que fiebat cōtra illā rōnem cōclusionis sicut patz intuenti. Sed Adā reprobat illud 7 ostēdit q̄ idem agēs numero possit de eadē materia nūero pducere diuersa indiuidua sue virtuti adequata. sicut ignis de eadem mat'ia multos ignes successiue producere pōt. q̄rum q̄libet pporzionet actiuitati sue. Uide pcessum suū si placz. qz trāseo cā breuitatē

**U**Secundo mō potest rīderi fm hāc viam ad illā obiectionem. pro quo pono aliquas pponēs. **U**Prima sit hec. Agēs naturale pōt producere infinita. ino aliqd est agēs naturale quod nō pōt pducere qn producat infinita quia aliquod est agens naturale qd nō pōt producere nisi pducat ens p̄tinuum. 7 quodlibet tale ē in finitū. qz infinite partes pporzionabiles

**U**Secunda est q̄ nullum agens naturale potest pducere infinita actu sepata. patz qz nō est possibilis infinita multitudo indiuiduoz actu sepatoz

**U**Tercia est q̄ in finita actu sepata eiusdem rōnis pōt agēs naturale naturaliter pducere seu generare de quolibet passo de q̄ pōt vnum indiuiduū producere. patet. qz cū vnum possit pducere 7 nō solū vnū vt dictū est sed plura eiusdē rōnis sequit̄ q̄ non tot potest pducere qn plura possit. 7 hoc si duraret. igit̄ zc

**U**Quarta p̄pō est q̄ nullū agens naturale potest naturaliter producere ex aliq̄ subiecto seu passivo nisi vnicū indiuiduum vna vice. 7 ideo agens q̄uis sit de se indeterminatū ad recipiēdū istud vel illud tū passiuū non est naturaliter natum suscipere plā siml' Ideo agens ex subiecto determinatur ab ipso subiecto naturaliter ad producendū vnicum vna vice q̄uis non determinet ab ipso passo ad plus producēdū illud quod pducit primo q̄ aliud secundo producibi

le de eodez. **U**Si vero q̄ras a q̄ sic determinat. Rūdet Adam q̄ ab agēte libero. s. a deo ipm secundū agens pueniēte 7 libere determinante ad pducēdū istud indiuiduum plus vel prius q̄ aliud. Un̄ dicit q̄ ex hoc sumitur efficacissimū argumentū ad pbandū q̄ phos maxime Aristotilem 7 suū amētatorē deū esse agens libez libertate ptingentiē. Et hoc idem post eū tenet Brego. li. p̄mo in materia de intentione formaz. **U**Et p̄dicts patet facilliter solutio ad obiectionē contra rōnem cōclusionis. Sz ad p̄firmationē eiusdem obiectionis quādo dicit̄ q̄ si illa rō aliqd probet non videt̄ aliud probare nisi q̄ agens creatū non p̄rati quid producere nisi in subiecto mō cum h̄ stat q̄ possit creare. zc

**U**Hic dico primo q̄ stat aliqd produci in subiecto 7 non produci ex subiecto. vt bñ probat ratio. Un̄ differentia est inter illa sed bene difficile ē illā explicare verbis. hoc aut̄ debet videri sup secūdo libro. **U**Dico secundo q̄ n̄ stat naturaliter agēs creatum aliquid agere ī subiecto 7 illud nō agere ex subiecto. Ideo rō cōclusionis procedit. q̄re zc. Utrū autem agens creatū absolute possit aliqd facere in subiecto 7 nō ex subiecto teneo q̄ sic. qz cū vtrūq̄. s. producere in subiecto 7 producere ex subiecto pueniat agēti creator 7 p̄mū absolute possit separari a secūdo. Nō videt̄ qn p̄mū absolute possit inesse sine sc̄do q̄re zc.

**U**Tercia cōclusio probat̄ Circa quam sciendū est q̄ sicut d̄z q̄ de aliqd pōt de potētia absoluta qd nō pōt de potētia ordinata. ita dico d̄ creatura. id̄ ccedo pbabil'r q̄ licz creatura de potētia naturali sen naturaliter ordinata nō possit creare vel annihilare vt dictū est. tū ista pōt d̄ potētia simpl'r absoluta. s. sup naturalit' sen miraculose. Et hoc capiēdo creare 7 annihilare terciō mō. Un̄ arguit̄ primo sic. nō apparet aliq̄ d̄dictio q̄ de velle vl' absolute possz velle creaturā actiue facere aliqd cē post nō eē vel nō esse p̄ esse sine passo p̄supposito ex q̄ sic ageret. igit̄ h̄ est absolute possibile.

**U**Secūdo arguit̄ sic p̄firmando p̄dictā rōz qz si posse creare absolute repugnet create h̄ eēt maxie qz necessario eēt q̄ vtus creatiua sit infinita. s. p̄bo q̄ h̄ n̄ sit nccariū absolute. qz aut h̄ eēt rōne t̄mī pducōis. i. ipi' pducti. aut rōe pducōis aut rōe distātie iē t̄mīnū a q̄ t̄mīnū ad quē. s. iē eē zñ eē

opinio dicitur

aut ratio modo p̄duci

## Quarti sententiarū

**S**ed primum non valet. hoc enim non exigit infinitatē. qz ois terminus creatōis ē finitus. Nec secundū. cum omnis mod⁹ creationis sit finit⁹ qz est aliqd extra dei. Nec terciū. qz ipsa pductio est finita cum sit creatura vel aliquid in creatura. Nec quartū qz nulla est ibi distantia positiva nec priuatiua. Et de hoc bñ psequit Scotus ptra Thomā p. q. sup quarto. z alibi in pmo. et alijs multis locis. Et etiam sicut bñ dicit Dckam illa cā de distantia terminoz nihil valet. qz si valeret ita cōcluderet qz creatura nihil posset facere Nam tanta distantia est inter terminū a qz z terminū ad quē productionis naturalis sicut creationis si aliqua sit ibi distantia. igit non apparet ratio cur potentia creatiua necessario debeat eē infinita. z p pns cur non sit absolute cōmunicabilis creature. **T**ercio arguit sic. qz licet deus talem legem naturālē rebz ordinauerit qz vnus angelus non pducit aliū angelū. tamen non apparet aliqz ptradictio cur hoc nō possit absolute sicut ignis pōt pducere ignē. cum sit pfectiōis posse pducere sibi simile. z angelus sit multo pfectioris speciei qz ignis. **Q**uarto pbo qz facta creatura sepe creat z deinde qz annihilat. et arguo sic. Quicqd pseruat aliquid z non ex subiecto creat illd quod sic pseruat sed creatura sepe pseruat aliqd z nō ex subiecto. igit creat zc. maior videt vera. sz minor patz d accidētibz qz sunt in eucharistia. que cōseruant a cā naturali uō in subiecto ita bñ sicut qñ erant in subiecto. Ad istam rōnem rñdet Dckā in secūdo libro dupliciter **U**no modo qz accidentia eucharistie cōseruant a solo deo z nō a creatura. **A**lio modo qz nō est simile de creatione z cōseruatione. qz aliter agens respicit pductū in actu z aliter nō pductū. qz ad quodlibet pducibile non pductū est indifferēs. zc. **J**o concedit qz creatura potest seruare aliquid sine subiecto sed nō creare. **S**ed prima responsio non videtur valere. qz apparet sensui humano qz illa accidentia pseruant a creatura sicut ante qz erant sine subiecto. igitur non est magis negandū qz cōseruantur a creatura post qz ante. aūs est notum cuiuslibet z psequētia tenet. quia in fide xpī nunqz neganda est apparentia sensus naturaliter bene dispositi nisi vbi expressa autoritas fidei vel efficac rō sumpta ex his que

sunt fidei ad hoc cogit Sicut negamus qz eucharistia sit panis qzuis hoc eque appareat post plationē verborum sacramentaliū sicut ante. quia ad hoc negandū cogit expressa autoritas vel ratio. zc. sicut patet intuenti. igitur zc. **S**imiliter secūda responsio non videt valere. quia probo qz cōseruare aliquid z non ex subiecto sit creare

**A**d cuius pbatioez pono aliqs proposiciones. **P**rima est qz cōseruatio alicuius rei est eiusdem rei p̄tinua pductō ita qz omne qd ab aliqz cōseruat ab eodem p̄tinue pducit. **I**sta ppō manifeste est de intentione Auicēne vbi pus allegat in secūda conclusione. Et patet etiam fm p̄ham Aristotilis qz fm eam non sunt nisi quoz modi causar. s. materialis. formalis. efficiens et finalis. Sed p̄stat qz cōseruare est causare. et esse cōseruatore est esse causam. sed hec causalitas non est causalitas materialis formalis aut finalis vt notum ē igit est causalitas efficiens. z p̄sequens cōseruare aliquid est efficere seu pducere illud. quare zc. **S**ecūda est qz ois productio alicui⁹ z nō ex subiecto est creatio. bñ tamē verum est qz noua pductio alicuius z non ex subiecto est noua creatio z pductio talis que nō est noua sed p̄tinua est p̄tinua creatio. Et ita ex duabz ppōnibz patet qz cōseruatio alicuius nō ex subiecto qzuis non sit noua pductio tñ est pductio continua. z p̄ pns qzuis non sit noua creatio tñ est creatio p̄tinua. **U**nde pro maiori intellectu p̄dictoz sit hec terciā ppō qz qzuis isti termini productio z p̄seruatio pro eodem supponant vt iam dictum est tamen diuersa connotant. z etiam productio se habet in plus qz cōseruatio. quia iste terminus productio dicit generaliter de illo quod est ab alio siue de nouo siue non. cōseruatio p̄o solum dicitur de illo quod est ab alio z nō d nouo sic qz non sit ab eo primo sed p̄fuit ab eo. zc. **E**x his omnibus sequitur qz r̄ta p̄positio qz hec cōsequētia nō valet hoc incipit creari qz hoc incipit pducit. Nec ista. **D**e nouo creat qz de nouo pducit. Patet qz aūs est verum de accidente eucharistie immediate post p̄secrationē panis. z p̄ pns d eodem est falsum. igit zc. **Q**uinto ad p̄ncipale arguitur sic. **A**pproximetur hostia consecrata igni certum est qz ibi produceatur calor et tamen non in subiecto. **S**ed

Bona ratio

1. p̄pō or̄tia

Sed qz hoc nō valet or̄tia  
nō valet or̄tia  
bi p̄lar. 1. p̄ncipio 2

# Questio prima

non est negandū q̄ ille calor pducatur ab igne cum hoc appareat sensui z fides nō cogat illud negare. igit̄ ignis creat ibi calozē. **z̄c.** **Sexto** arguit q̄ creatura annihilat qz̄ appozimet hostie p̄secrate aliq̄ agens naturale corruptiuum albedinis certū est q̄ illa albedo destruet̄ z̄ p̄nis annihilabit̄. Sed nō est negandū illā destructionē seu annihilationem esse ab illo agēte naturali cū hoc appareat sensui z̄c. sicut immediate arguebat̄ igit̄ z̄c. Sed ad hāc rōnem rñdet **Ockam** in q̄rte dupliciter. Uno mō q̄ accidens sepatū nulla v̄tute creata pōt corrumpi. qz̄ hoc esset p̄ annihilationē. z̄ nulla creatura pōt annihilare sicut nec creare z̄ istaz̄ rōnem ipse simplr̄ tenet in sc̄do. q. v. z̄ in secūdo q̄li. q. nona. Sed h̄cā est rō iaz̄ facta de apparentia sensus. Aliter respondet q̄ creatura pōt annihilare licet nō creare. z̄ rōnem diuersitatis assignat quā trāscō causa breuitatis. Etiam qz̄ ista rō cōcedit p̄positum de annihilatione. **Sz̄** contra eā arguo pbando q̄ si creatura in casu posito annihilat qd̄ etiā creat. qz̄ experientia docet q̄ si corrumpit̄ in eucharistia aliqua qualitas ibi alia introducūt ad p̄ntiaz̄ eiusdem actini ad cui⁹ p̄ntiam corrūpebat̄ prima. Et ita dicendū q̄ ab eodē actino pducitur secūda a quo destruebat̄ prima. vt si ab igne destruit̄ frigiditas ab eodez̄ introducūt caliditas. Et ista secūda ita bñ est sine subiecto sicut p̄ma maxime si non ponatur quātitas distincta a qualitatibz̄ sic iste **Ockam** ponit. Igit̄ si agēs creatū annihilat vt pbatum est. z̄ ab isto p̄cessū sequit̄ q̄ etiam creat. z̄ sic patet conclusio. z̄c.

**Sed** contra p̄dictā conclusionem expresse vidēt esse quedā autoritates sanctorū z̄ doctorū. **Prima** est Augustini sup̄ Gen. xv. de magnis et. xij. de puis. Angeli nullā oīno pōt creare naturā. z̄ ibidē ca. xx. Creare aliquā naturāz̄ tā nullus angel⁹ q̄s nec seipm̄ creare pōt. Si ḡ non pōt angel⁹ nec aliqua inferior creatura. **Secūda** est Damasceni. ca. xviij. Qui dicunt angelos esse creatores alicui⁹ nature sunt oēs filij diaboli. **Tercia** Athanasiij li. suo cōtra arritiū. ponentē. esse creaturā. Creaturā creatricē esse nō posse nulli oīno esse estimo ambiguum. **Quarta** Hugonis de sacramentis li. p̄mo. p̄te. vj. ca. vlti. De nihilo facere aliqd̄ siue de aliq̄ nihil solus de⁹ potest. **Dul-**

te alie possent induci sed iste vidēt magis exp̄sse. Ad istas autoritates et oēs similes p̄t rñderi q̄ intelliguntur de potētia naturaliter ordinata z̄ creature naturalr̄ indita. z̄ sic sunt p̄ secūda conclusionē. sed per eas non negat̄ quin creatura possit creare vel annihilare de potētia simplr̄ absoluta z̄ facto aliq̄ miraclo p̄ter vel p̄ potētia naturaliter ordinatā. z̄ hoc non est cōtra p̄dictam terciā conclusionē. **Vel** aliter pōt dici q̄ nulla creatura pōt creare vel annihilare autoritatiue se sola z̄ virtute p̄pria. sicut ponit p̄ma conclusio. z̄ sic pōt intelligi p̄dictę autoritates de q̄cunqz̄ potētia siue ordinata siue absoluta. sed tunc non sunt cōtra terciam conclusionem. **Hec** de secūdo articulo.

**Qu**antū ad terciū articulūz̄ videndū est vtrū sacramenta legis noue sint p̄fectiora sacramētis legis antique. Circa qd̄ tria videnda sunt. **Primo** q̄ sit sacramēti diffinitio. **Secūdo** qd̄ antiq̄ p̄ferebat̄ circūcisio. **Tercio** ex his patebit hui⁹ articuli rñsio. **Ad** videndū em̄ differētia sacroz̄ veterē z̄ nouoz̄ p̄us est videndū de circūcisione vtz̄ ipsa p̄ferebat̄ gr̄am. qz̄ de hoc t̄git̄ mgr̄ in p̄ma distinctione hui⁹ q̄rti. z̄ terciā rō añ oppositum q̄. **Primo** igit̄ circa diffinitionē sacramēti notandum est q̄ p̄m̄ **Aristoti.** ij. posteriorū duplex est diffinitio. Una est exp̄mens qd̄ rei. Alia exp̄mēs qd̄ noīs. **Primo** modo nihil diffinit̄ nisi sit res vna. z̄ si sit vna vnitāte p̄positionis p̄tium. diuersarū rōnūz̄ sicut materie z̄ forme. tūc p̄prie diffinit̄ p̄ genus z̄ differētia essentialē. que diffinitō vocat̄ diffinitio qd̄ dicitur na. Si ḡ sit res simplex sicut angelus vlt̄ aīa aut res vna vnitāte p̄positōis p̄tū eiusdem rōnis sicut caliditas vlt̄ frigiditas tūc non pōt diffiniri diffinitōe quidditatiua. sed bene diffinitione descriptiua que dat̄ p̄ genus z̄ differētia vel differētia accidentales z̄ p̄ mltos p̄ceptus qz̄ qlibet ē in plus z̄ totum in eque. **Secūdo** aut̄ modo p̄ omne vniuersale diffiniri qd̄qd̄ significet̄ i recto vel in obliq̄. eo q̄ p̄ oī noīe pōt poni noīa distincte significantia illa q̄ significatur p̄ vñū noīe. **Ad** p̄positū ergo dico q̄ sacramentūz̄ non pōt p̄mo mō diffiniri. qz̄ non est aliqua res vna. z̄ hoc requiritur vt diffinat̄ illo modo. sed bene diffinitur secūdo modo. scilicet diffinitione qd̄ noīs.

quomodo  
Satisfacit  
modis per  
ambiguitatē

202-100

ad 202-100

## Quarti sententiarū

Et sic diffinit magister sacramētū q̄ est inuisibilis gratie visibilis forma. Et Augu. r. de tri. ca. v. Sacramētū est sacre rei signū. **S**ecundo notandū est q̄ Scotus. ij. q. quarti exponendo p̄dictā diffinitionem maḡri diffinit sacramētū sic. Sacramētū est signū sensibile gr̄am dei vel effectū dei gratuitū ex institutione diuina efficacit̄ si gnans ordinatū ad salutē hominis viatoris. Et in hoc q̄ dicitur efficaciter includit̄ t̄az certitudinaliter q̄s p̄nostice. Et s̄m s̄ vt dicit est intelligēda diffinitō maḡstri. Un̄ cum in ea ponit̄ forma debet intelligi p̄ signo. sicut ymago Herculis dicitur forma eius. Quānt̄ dicit̄ visibilis. cap̄t̄ ibi p̄ sensibili cuiuslibet sensus. q̄ visus est excellēti or̄i sensu z pluriū differentiaz p̄gnosci tiuus s̄m p̄m p̄mo metha. Ponit̄ aut̄ ibi inuisibilis gr̄a p̄ effectū dei gratuito interi or̄i ordinato ad salutē hoīs viatoris. Nō em̄ oportet q̄ semp̄ res sacramenti sit gr̄a existens in anīa. sicut patet in eucharistia. Debet etiam in dicta diffinitione suppleri ex institutione diuina contra signū signās naturaliter. z efficaciter contra signū equiuocum seu dubiū z cōtra signum sequens naturaliter signatū. **T**ercio notandum est q̄ Decam p̄. q. q̄rti diffinit sacramētū q̄ est signum signans effectū dei gratuitū. Et dicit q̄ hec oratio non predicat̄ mō nisi de sensibilibus. si t̄n̄ deus institueret sp̄ūalia ad signandū dei effectū gratuitū tunc illa eis p̄peteret sicut modo sensibilibus. ideo in illa diffinitione nō ponit̄ sensibile vt possit esse cōis tam sensibilibus q̄ sp̄ūalibus q̄bus potest diffinitū p̄peterē. Et in hoc bñ dicit vt mihi videtur z valde p̄cordat̄ cuz illa diffinitōne Augustini. sacramētū est sacre rei signum. intelligēdo p̄ rein sacram effectū dei gratuitū. Sed t̄n̄ diffinitio sco ti videt̄ p̄pletior z magis circumstantiona ta ad differentia signoz q̄ nō sunt sacramēta. **R** **H**is p̄missis ponam tres p̄clusiones. **P**rima est q̄ licet possibile sit de de potentia absoluta culpam delere origi nalē aut aliam quālibet mortalē sine infu sione gratie vel collatione cuiuscūq̄ positi ui vere repugnātis illi peccato. vt p̄ta ori ginalis iusticie. tamen de potentia ordina ta hoc non est possibile. Primā p̄tem diffu se pbat Scotus sup̄ q̄ro. q. v. Et stat p̄n cipale motiū in hoc. q̄ aliquis potest sic

ri de peccatore nō peccator per solam libe ram dei acceptationē. et licet circa istā ma teriam plura possint dici tamē transeo. qz de his magis spectat̄ videre supra p̄mū li brū in materia de gratia. **S**ecundā p̄tez cō clusionis q̄ magis est ad p̄positum p̄bo sic qz licet absolute sine p̄tradictione possit eē mediū in specie humana inter filiū regni z filiū p̄ditionis scilicet homo in pur̄ na turalibus. tamen s̄m legem ordinatā post lapsum nullum est mediū inter gratūz qui est filiū regni z ingrātū seu peccatorē mor talē qui est filius carceris. igit̄ s̄m legē or dinatam nō est possibile q̄ aliq̄s sit sine pec cato mortali z non habeat gr̄az. qz s̄m an gustinū. xv. de tri. ca. xij. Gratia est q̄ diui dit filios regni z p̄ditionis. q̄re zc. **S** **S**ecunda cōclusio est ista q̄ sicut in cir cumcisioe debebat̄ originalis culpa. sic in ea conferebatur gratia. **P**rima pars suppo nenda est tanq̄s doctrina sanctorū. et etiam ad hoc est ratio. qz nullo tempore deus di misit̄ genus humanū. z maxime illos qui bus dedit̄ legem siue remedio cōtra pecca tum z necessario ad salutē. sed in lege moy si non videtur aliud remediū p̄tra origina le peccatum nisi circumcisio. igitur. zc. **S** **S**ed circa secundā p̄tem p̄clusionis sciē dum est q̄ d̄ ea est duplex opinio. Quidam dicunt q̄ de facto in circumcisioe debeba tur culpa originalis z non p̄ferebatur gra tia. Et hoc dicunt p̄pter autoritates que vi dent̄ negare gratiam a sacramētis ve. le. si cut est illa glosa ad Ro. iij. q̄ dicit q̄ in cir cumcisioe peccata solum dimittebantur sed gr̄a ad bñ opandū ad intrix̄ nō p̄stabat̄. Et illa autoritas Augusti. sup̄ ps. vij. vbi dicit q̄ sacramēta ve. leḡ t̄m̄ p̄mittebant̄ z significabāt. hec aut̄ dant salutē. scz sacra mēta noua. Alij autem dicūt q̄ p̄ncipalr̄ instituta fuit̄ circūcisio. p̄pter deletionē cul pe originalis ex p̄nti ad gratiam p̄ferendā z p̄ tanto dicitur nō p̄ferre gr̄am qz non ex p̄ncipali institutione sed concomitater. **C**ōtra p̄mā opinionē apparet satis ex se cūda p̄te p̄me p̄clusionis q̄ in circūcisioe cō ferebatur gratia. z ad hoc etiam sunt auto ritates p̄ma Augustini in libro de nuptiis z p̄cupiscentia. z ponit̄ de p̄se. di. iij. Et q̄ instituta est circūcisio ad purgationē pec cati veteris valebat̄ magnis z p̄uulis sicut baptismus valere cepit ex quo institutus

## Questio prima

est quod non esset nisi conferret grā. Item Beda sup illud Luce. ij. postq̄s p̄summati zc. salutare curationis auxiliū circūcisio in lege agebat qd̄ baptismus tpe gratie cōsuevit. igitur zc. **S**ed cōtra secundam opinionē pbaf̄ qm̄ circūcisione intēdebat̄ gratia. quia agens fm̄ rectam rōnem p̄ncipalius intendit p̄fectionem q̄s carentiam imp̄fectionis. quia non intendit illam carentiam nisi p̄pter p̄fectionē. igitur zc. **T**ercia p̄clusio est q̄ licet sacramenta noua sacramentis antiq̄s sint p̄fectiora tamē hoc non est ideo q̄ in solis sacramentis nouis conferat̄ gratia. **P**rima pars patet. quia legis p̄fectionis sacramenta sunt p̄fectiora s; secūda ps patet. q̄ etiam in antiq̄s sacramentis conferbat̄ gratia sicut iam p̄batum est de circūcisione. igitur zc.

**U**hic est ergo dubitatio in q̄ sacramenta noua sunt alijs p̄fectiora cū in alijs conferbat̄ gratia sicut confertur in istis. Item qd̄ dicendū ad auctoritates supra tactas que vident̄ negare gratias a sacramentis antiquis. **P**ro solutione istoz notanda est q̄dam distinctio quam ponit Scotus. s. q̄ sacramentū potest capi p̄prie z̄ improprie. **D**odo in lege moysi fuerūt multa sacramēta improprie dicta. sicut purgationes ab iminūdijs p̄tractis. vt a tactu mortui z̄ a lepra z̄ sic de alijs. Erant etiam ibi q̄dam sacramenta improprie dicta alia a predictis tamen plus accedentia ad p̄fectionē sicut erāt oblationes hostiar. hec em̄ pertinebant ad cultuz̄ latrie p̄o tpe illo q̄ de sic voluit coli. Et iste sc̄z purgatiōes et oblationes dicebant̄ cerimonie vl̄ cerimonialia sacramenta Et de istis potest p̄cedi q̄ nō dabāt grāu tanq̄s signa efficacia respectu gr̄e modo q̄ expositū est efficaciter ī diffinitōe sacramēti. imo etiā dixerūt aliq̄ q̄ nec in illis p̄ferebat̄ gratia p̄ modū meriti. sed istud videtur nimis durū q̄ aliq̄s ex obedientia seruet dei p̄ceptum cuiusmodi erant p̄cepta de p̄dictis cerimonijs in lege z̄ tñ q̄ nō mereat̄ grām vel augmētuz̄ eius si cā habeat p̄us. q̄ licet in illis p̄ferret̄ grā ex virtute opis opati sicut fit in sacramentis p̄prie dictis. tñ in illis p̄ferebat̄ virtute opis opantis. i. virtute boni motus interioris tanq̄s meriti. S; p̄ter illa adhuc in lege erat circūcisio que fuit p̄prie sacramentū. in ea em̄ cōferebat̄ gratia virtu-

te operis operati ita q̄ non requirebatur in suscipiente bonus motus interior qui mereretur gratiam. sed sufficebat q̄ suscipiens eam non poneret se obicem. Et si sint aliqua dicta sanctorum aut doctorum negantia gratiam a sacramentis antiquis loquēdo non solum de sacramentis improprie dictis sed etiam de circūcisioe. illa possunt tripliciter intelligi fm̄ triplicem comparationem perfectionis sacramentorum nouorum supra antiqua sacramenta.

**P**rimo modo potest intelligi q̄ circūcisio non conferebat gratiam nec alia sacramenta antiqua. id est paruum gratiā conferbant respectu baptismi et aliorum nouorum sacramentorum. **S**ecundo modo potest dici q̄ non conferbant gratiam sc̄z que esset immediata dispositio ad gloriam. quia illa gratia non aperuit iannam regni. sed hoc non fuit ex defectu illorum sacramentorum. sed quia fluxerunt tempore quo nondum erat p̄cium solutum. id est ante passionem christi. Unde ita fuisse tūc de sacramentis nouis. Nam licet omnia sacramenta tam noua q̄s antiqua habuerūt efficaciam a solo deo tanq̄s a causa principali. tamen a christo patiente siue a passione christi habuerūt efficaciam tanq̄s a causa meritoria sicut probat Scotus ī quarto. p̄. questi. ij. distinc. **D**odo sicut ipse dicit ibidem quia obsequium iusticie de facto exhibitum ad maius acceptatur q̄ ipsum solum p̄uisum. **T**rinities vero in sacramentis antiquis conferbat gratiā merito passionis christi tanq̄s ab ea p̄uiso. ipsa autem nunc in sacramentis nouis cōfert gratiam merito passionis christi tanq̄s iam exhibitio. Ideo maiorem efficaciam habent sacramenta noua q̄s antiqua. Et etiā noua maiorem habuerunt efficaciam post christi passionem q̄s ante. quare perfectiora fuerūt post q̄s ante. **T**ercio modo potest intelligi q̄ circūcisio non conferebat gratiam. quia non vniuersaliter cuiusq̄ suscipienti. ipsa enim forte ex sua institutione determinabatur ad certum gradum gratie ita q̄ vltra illum non conferebat. et si tantum gradum inueniebat in suscipiente nihil conferbat eidem. Et iste vltimus modus apparet de intentione magistri. Unde cum ipse dixerat q̄ in circūcisione gratia non dabatur. itacim ipse subdit

Vide qd̄ h̄c dicit

Cum p̄prie dicitur q̄ non conferbat gratiam nec alia sacramenta antiqua. id est paruum gratiā conferbant respectu baptismi et aliorum nouorum sacramentorum.

Cum p̄prie dicitur q̄ non conferbat gratiam nec alia sacramenta antiqua. id est paruum gratiā conferbant respectu baptismi et aliorum nouorum sacramentorum.

ut in baptismo. Et causam reddit. quia quā  
 tunc iustus accedit ad baptismum.  
 ulteriozem ibi accipit gratiam supple nisi  
 tantum habeat q̄ maiorem habere nō pos  
 sit sed sic non erat de circūcisioe. Un̄ abra  
 he iam iustificato signaculū tantū fuit z ni  
 hil ei cōtulit supple p̄ modū sacramēti. qz  
 iam habebat illū gradū ad quem determi  
 nata erat circūcisio z ad quē poterat s̄tu  
 te opis operari. sed tū ei bene cōtulit virtute  
 opis opantis. quia credendū est q̄ act⁹ cir  
 cūcidendi ex obedientia dei z caritate p̄ce  
 dens fuit ei valde meritorius sicut imola  
 tio ysaac. Licet ergo in circūcisione non  
 semp̄ daret̄ gratia tamē ipsa erat verum et  
 certū signū gr̄e. vel in fieri si nō erat ober.  
 vel in esse sicut in Abrahā. z ita de circūci  
 sione z baptismo christi. **¶** Ex predi  
 ctis patet q̄ sacramenta noua tripl̄r perfe  
 ctiora sunt antiq̄s sacramentis. sed adhuc  
 quarto sunt p̄fectiora. quia licet omnia sa  
 cramenta sint instituta a deo tamē antiq̄a  
 deo instituta fuerunt mediante alio. quia  
 s̄m apostolum lex per angelos data est in  
 manu mediatoris. Noua vero sacramen  
 ta a christo vero deo imediate instituta sūt  
 ut de singulis patet. De baptismo Mat  
 thei ultimo. Ite baptizantes zc. De eucha  
 ristia Matthei vicesimosexto. in cena. De  
 confirmatione Johannis vicesimo. Acci  
 pite spiritum sanctum zc. vel Actuum se  
 cundo. De penitentia Johannis vicesimo.  
 Quorum remisistis peccata zc. De extre  
 ma unctione non apparet vbi fuerit in  
 stituta. tamen Marci sexto legitur q̄ apo  
 stoli yngebant infirmos zc. quod non fe  
 cissent nisi ex institutione christi. De matri  
 monio Marci octauo apparet q̄ christus  
 approbat illud quod deus in statu innocē  
 tie per os Ade publicauit. De ordie Mat  
 thei vicesimosexto. Hoc facite in meam zc  
 Et Johannis vicesimo. Quorum remisse  
 ritis peccata zc. Et hoc verum est s̄m tho  
 mam et Scotū. Quod tamen non tenet  
 dominus Armanacus libro suo de questi  
 onibus armenorum. Sz de hoc z de alijs  
 in suis locis videbitur.  
 Et hec de tercio articulo. Ad rationes an  
 te oppositū patet ex dictis quid dicendū  
 sit zc. **¶** Et hec de questione.

Questio secunda.

**Via in secun**

da distinctione huius q̄rti  
 magister incipit tractare in  
 speciali d̄ baptismo christi  
 ideo quero. **¶** Utrum bap  
 mus christi sit ad salutē necessari⁹ cuiuslibet  
 viatori. **¶** Arguit primo q̄ nō. Null⁹ bap  
 tismus christi est ad salutem necessari⁹ via  
 tori. igitur q̄stio falsa. p̄na est clara. Et añs  
 patet p̄mo de necessitate absoluta. qz clar⁹  
 est q̄ deus possit de potētia absoluta salua  
 re aliquem non baptizatū. Secdo d̄ neces  
 sitate ordinata. quia clarū est q̄ de lege or  
 dinata baptismus fluminis nō est ad salu  
 tē necessari⁹ viatori. Nā p̄ baptismum san  
 guinis p̄ saluari. sicut patz de innocētib.  
 z ita arguit de quolibet baptismo inducti  
 ue. igitur nullus zc. **¶** Secdo arguitur sic  
 Qui baptisati fuerūt baptismo Johānis  
 nō tenebant̄ itez baptisari baptismo chri  
 sti igit̄ zc. p̄na est clara. z añs patz p̄ mḡm  
 in fine secūde distinctōis. vbi dicit. q̄ spem  
 posterūt in baptismo Jo. z pa. z fi. z. ff. cre  
 debant nō sunt postea baptisandi. **¶** Ter  
 cio sic. Circūcisio aliq̄n sufficiebat ad salu  
 tē. qz z peccatū debebat z gr̄am p̄ferere ut  
 dictū est in p̄cedenti q̄stione. **¶** Sed xp̄us  
 p̄ institutionē baptismi nō euacuauit nec  
 reuocauit circūcisionē. Tum p̄mo qz ipse  
 dicit Mat. v. Non veni solnere legē sz ad  
 implere. Circūcisio aut̄ data fuit in lege  
 Gen. xviij. Tum secundo. qz Gen. xviij. da  
 ta fuit Abrahę circūcisio in fedus sempit̄  
 nū. ergo semp̄ māsura. Tum tercio. qz de  
 instituit circūcisionē. nec apparet vbi eā re  
 uocauerit. imo xp̄s eā seruauit toto tpe vi  
 te sue. nec alius a deo pōt aut ponit eā re  
 uocare. igit̄ ipsa adhuc sufficit ad salutem.  
 z p̄ p̄ns non est necessari⁹ baptism⁹ zc.

**¶** Oppositū patet Joh. iij. Nisi q̄s renat⁹  
 fuerit ex aqua zc. In ista q̄stione erūt tres  
 articuli sicut in alijs. **¶** In primo articulo  
 videbitur q̄ sit baptismi diffinitio. **¶** In se  
 cundo articulo videbit̄ de p̄ncipali questi  
 to. **¶** In tercio articulo vtrū p̄ institutōez  
 baptismi euacuata sit circūcisio. qz de isto  
 tangit̄ in tercio argumento añ oppositū q.

**¶** Quantū ad primū articulū ponē  
 da z exponēda est baptismi diffinitio q̄ s̄m  
 doctores pōt dari sic. **¶** Baptism⁹ est ab

## Questio secunda

defusio baptismi

lutio hominis viatoris. nec actualiter nec habitualiter dissentiens. facta in aq̄ elem̄tari fluida ab alio simul abluciente & p̄ferente certa verba a x̄po instituta cū intentōne faciendi quod intendit facere ecclesia christiana. ¶ Et hac em̄ diffinitione patet qd̄ sit materia & quid forma baptismi. sic loq̄ndo sicut doctores loquunt̄ d̄ materia & forma sacramenti. Patet etiam que sit persona ministrans v̄l p̄sona suscipiens baptismum. Primo em̄ patz̄ que sit materia baptismi. quia aqua elem̄tariis fluida. p̄ hoc qd̄ dico elem̄tariis excluditur q̄cunq̄ humor mixtus mixtione que variat speciem aque & de quo aqua dicit̄ equinoce. sic aq̄ rosacea vel vr̄ina que est colatura sanguis v̄l ceruisia maxime bona que bene nutrit. Ubi s̄o mixtio non mutat aquam a specie sua aqua est conueniēs ad baptismū. sicut est in aqua mixta per d̄fusionez ptium terrestrium iuxta positaz̄ vel aliarum manentium in suis speciebus vt aqua maris. liti usū v̄l aqua sulphurea. Ubi s̄o dubiū eēt de mixtione an variaret sp̄em aque vel nō. vt in farinata & in brodio carniū et in aliq̄bus ceruisijs aut alijs similibus. de quo n̄ ad theologum sed ad ph̄m vel ad medicūz p̄tinet iudicare. tunc in tali dubio via certior est tenenda r̄. Per hoc autem qd̄ dico fluida excluditur congelata vt nix v̄l glaciēs. & generaliter omnes aque que licz̄ manent in specie sua tamē per iuxta positōez grossoz̄ corporoz̄ vel alias efficitur tam sp̄is̄a q̄ non potest abluere vt lutum talia si q̄ sunt similia. ¶ Si autem querat̄ cur baptismus fiat potius in aqua q̄ in aere. cum aer sit cōmuniōz q̄ aqua. Dico qd̄ sola ratio est diuinum b̄n̄placitūz q̄ ita voluit ordinare. Ad hoc tamen sunt congruētie. Primo quia aqua est magis frigida. Secundo quia ipsa est magis humida. Tercio quia ipsa est lucida. Quarto quia satis cōmuniter habita. In p̄mo signat̄ cōcupiscentie extinctio. in secūdo signat̄ gratie inunctio. in tercio significat̄ fidei illustratio in quarto signat̄ baptismi cōmuniōz obligatio. Aer autem nō habet omnes predictas conditiones. & etiam non est elementū resistens tactui sicut aqua r̄. ¶ Est igit̄ baptismus ablutio hominis facta in aqua elem̄tari fluida. Et dico ablutio nō p̄fusio nec asperio nec immersio. quia requirit̄ &

sufficit q̄ sit ablutio seu lotio. & n̄ dico vni/ ca vel trina. quia quelibet sufficit ad necessitatem sacramenti. sed minister tenet̄ suare modum ecclesie in qua baptizat aliter ḡuiter peccat. ¶ Ex his sequunt̄ aliq̄ correlaria. Primo sequit̄ qd̄ puer non potest baptizari existens in vtero matris s̄m oēs partes. nec sufficit qd̄ mater baptizaretur. ¶ Ratio est nō illa quā Thomas assignat scz̄ quia est coniunctus cause corruptōnis vt p̄bat Scotus. sed quia baptismus ē lotio seu ablutio que fieri non potest in vtero matris. ¶ Si aut̄ puer apparet extra vterum matris s̄m p̄tem p̄ncipalem vt caput tunc potest baptizari. nec oportet ipsum postea rebaptizari. Si s̄o s̄m partem minus p̄ncipalem vt manum vel pedem illa pars est baptizanda quia in ea est tota anima vt dicit Scotus. licet quidaz̄ dicāt oppositum. Si tamen puer postea nascat̄ viuus plenarie potest baptizari sub conditione. Si autem mortuus fuerit non est ei neganda ecclesiastica sepultura. ¶ Cum ergo dicit̄ baptismus est ablutio hominis intelligendū est s̄m totū corpus vel partem p̄ncipalem vel etiam quācunq̄ i causa necessitatis s̄m Scotum. ¶ Secundo sequitur qd̄ si paruulus corio inuolueret̄ & poneretur in aqua. Ita tamen vt aqua nō tangeret corpus eius sed corium solum nō esset baptizatus. sed si tangeret corpus esset baptizatus. si alia ad baptismū requisita fi erent. Sed Scotus dicit qd̄ si p̄iceretur de ponte non esset baptizatus quia talis p̄iectio non est ad vitam nec ad lotionē. s̄ ad mortem. Holkot tamē dicit qd̄ si hoc fieret in casu necessitatis & puer moreret̄ ipse saluaret̄ deo perficiente illud quod ab homine fit imperfecte. si autem euaderet mortem esset sub conditione baptizandus. ¶ Tercio sequitur qd̄ aqua inbibita in sp̄gia dū est ibi si contingat carnem p̄ contactū sp̄gie non est sufficiens materia baptismi. qz̄ talis contactus non est lotio sed cōtactus aque fluide libere contingentis se cuti & se paratis int̄ cutez̄ & aliud corp̄ vt dicit Scotus. ¶ Quarto sequitur qd̄ si quis in casu necessitatis puerum in calato positum cuz̄ corda immergat in aqua putei. faciendū alia requisita. talis est vere baptizatus & nō rebaptizandus. quia non oportet qd̄ baptizatus tangatur immediate ab aliquo hoīe

## Quarti sententiarū

sed sufficit q̄ lauet r̄c. Et sic patet de materia baptismi. **DU** Secundo et predicta diffinitione patet que sit forma baptismi. quia certa verba a christo instituta ista scz. Ego baptizo te in nomine patris et filij et spūs sancti amē. **U**n quibus verbis quę notantur. Primo p̄sona baptisans ego. Secundo actus exercitus. baptizo. Tercio persona baptizata. te. Quarto inuocatio trinitatis. in nomine patris. r̄c. Quinto deprecatoria oratio. amen. id est ita fiat. de quibus quinę primū et vltimū scilicet ego et amen non sunt simpliciter de necessitate forme nec de essentia. sed de decencia. **U**n non ponunt in euangelio **Barci** vltimo vbi est institutio baptismi. Etiam licet de essentia forme baptismi sit q̄ ipsa exprimat actum exercitum et p̄sonam baptizatam qz exprimunt in euangelio vbi dicitur baptizantes eos. tamen non est de essentia q̄ ista duo exprimaunt sub verbo prime persone et p̄ nomine secunde. dicendo. baptizo te. qz nec sic in euāgelio exprimunt nec greci sic exprimunt. sed dicunt. **Baptizetur** seruus xpi in. r̄c. et tamen baptizati ab eis non rebaptizantur. **U**erūtamen a tempore cōstitutionis **Alexandri** que habet extra d̄ baptismi et ei⁹ effectu. ca. **Si quis**. illa forma superius posita saltem quo ad quatuor p̄ma puncta a ministro ecclesie romane est seruāda aliter grauit̄ peccat. Et dico saltem quo ad quatuor prima puncta. qz illa dicitio amen in dicta constitutione non ponitur. ideo soluz est de honestate. Dico etiā a ministro ecclesie romane r̄c. qz forte grecc̄ tenendo formam suam uon peccant. Et hoc si ecclesia romana permittat et non exproesse eis prohibeat vti ea. sicut diceret de vnica vel trina immersione fm̄ vsu et cōsuetudinem diuersarum ecclesiarum. Et dixi. forte non peccāt. quia nescio si de hoc sit prohibitio r̄c. **U**ad hoc autem q̄ predicta verba sint debita forma baptismi non oportet q̄ illa met proferantur sine quacūqz mutatione vocis. quia verba alia q̄ latina possunt esse forma baptismi. Et similiter non quelibet mutatio illoꝝ verborū in latino viciat formam sed sufficit et etiam requiritur ad debitam formam q̄ in ipsa maneat significatio completa dictorum verborū ita q̄ non fiat mutatio circa significationē vel modum significandi. Ideo si diceret.

baptizo te in nomine genitoris et geniti et spiritus almi non esset baptismus. quia licet ista nomina supponant p̄sonis tamē principaliter significant notiones. nec d̄z baptizari in nomine trinitatis et vel patris vel christi. Et licet aliquando liceret in nomine christi baptizare scilicet ex speciali dispensatione vt nomen christi amplius promulgaretur. sicut **Act. ij. ix. et. r.** Patet tamen q̄ istud amplius non licet. **S**i tamen de scō istud fiat dubitat **Scotus** vtrum sit baptismus et non est ausus dicere q̄ sit baptismus nec etiam q̄ non sit baptismus. quia dicit ipse. **N**on lego vbi fuerit illa dispensatio reuocata. **I**deo reputat dubium vtrū sit baptismus vel non. Et dat remediū q̄ sic baptisatus in nomine xpi sub conditione rebaptisetur in forma communi. **S**ed videtur mihi q̄ hic non est reputandū dubium. quia licet non legat̄ quando et vbi illa dispensatio fuerit reuocata tamen censetur fuisse reuocata quando causa dispensationis cessauit. scz quando nomen christi fuit sufficienter promulgatum. **U**nde ab illo tūc nec illa forma licuit nec valuit. Et licet dubium sit quādo illud primo fuerit tamen iam non est dubium quin ita sit.

**U** Forma igit̄ supra dicta tenenda ē. que tūc valet quādo nō fit circa eaz̄ mutatio que impediāt eius significationem. vel modum significandi. **U**nde circa illaz̄ formam vocalem potest fieri mutatio tripliciter. **P**rimo fm̄ substantiam orationis plate scilicet cōmutando vel corumpēdo. **S**ecundo fm̄ quantitatem scz addēdo vel diminuendo. **T**ercio fm̄ ordinē verborū. scilicet interponēdo vel transponendo. Et sic licet tribus modis generaliter. tamē sex modis specialiter pōt fieri p̄dictorum verborum mutatio. Et fm̄ hoc ponam sex regulas. **P**rima est q̄ si circa substantiam dicte oratiōis vocalis fiat mutatio per totalem mutationem vocum manente penitus eadem significatione hoc nihil nocet. quia in omni lingua baptizari potest. **S**i inueteretur significatio talis obest sacramēto. vt si dicatur abluo istum in virtute genitoris vel trinitatis vel christi. **S**ecunda regula est q̄ si circa substantiā dicte orationis vocalis fiat mutatio per partialem corruptionem alicuius dictionis sic q̄ nō maneat eadem significatio. nec fm̄ p̄mari

2. forma baptismi

forma baptismi

quomodo et fieri in p̄mari

## Questio secunda

am institutionem illius. nec fm transsumptione comunis vsus tunc talis corruptio nocet. Sed si maneat eade significatio no fm primaria impositione tamen fm accomodatione vsus maxime apud simplices. tunc talis corruptio non obest. Ut si dicatur baptiso te in no. patra z filia z spusan/

**Tercia regula** est q si circa quantitates dicte orationis fiat mutatio alicuius p additione cum intentione mutandi forma ecclesie tunc nihil fit. vel etiam cum intentione introducendi errorem sicut fecit arrius vt dicedo. in noie patris maioris z filij minoris zc. Si aut fiat ex simplicitate vt de notione non impedit. Ut in noie patris zc. z beate marie vel beati nicolai. melius est tamen a tali deuotione abstinere. **Quarta regula** est q si circa quantitate dicte orationis fiat mutatio p diminutione alicuius z fiat voluntarie tunc impedit. Si autem inuoluntarie vt quia baptisans morit vel impeditur ante prolatione copletam tunc pie creditur q summus sacerdos supplet defectum. z si sic baptisatus moritur saluabitur z gaudebit ecclesiastica sepultura. si vero viuat debet sub conditione rebaptisari.

**Quinta regula** est q si circa ordines dicte orationis fiat mutatio per transpositione ne dictionu. z hoc fiat ex simplicitate tunc non nocet. Si aut ex malicia vt quia sic faciens no intendit seruare ordinem ecclesie tunc impedit. **Sexta regula** est q si circa ordinem dicte orationis fiat mutatio p interpositione. z illa sit magna. ita q fm vsum intentio z actus prolationis non debet iudicari vnus tunc non est baptismus. sed si sit parua interpositio per silentiu vel tusim tunc non nocet. etiam interpositio nominis. p r i j quod tunc imponitur paruulo nec obest nec prodest sacramento. Et hec de forma.

**Tercio principaliter** ex supra dicta diffinitione patet quis sit minister conueniens huius sacramenti per hoc q ibi dicitur ab alio supple homine viatore viro scilicet vel muliere simul proferente verba z abluciente cu intentione zc. Ex q patet q ex parte ministri quatuor conditiones requiruntur. **Prima** est q sit alius ab eo qui baptisatur. quia idez ho non potest seipsuz baptisare. **Extra d baptis. z eius effectum.** Debitum. Probatum ex eplo auctori-

tate et congruentia. **Secunda** conditio est q minister sit homo viator vir scilicet vt mulier. **Unde** generaliter congruus est q minister baptismi sit suppositu humanu in statu vie. quia christus existens homo viator instituit baptismuz. **Secundo** quia apostolis existentibus viatoribus dedit ministeriu baptisandi. **Tercio** quia p baptismu efficitur quis membru ecclesie militantis. Ideo debet dari ab eo qui est de ecclesia militate. Et ideo de comuni lege ad hoc q aliquis sit debitus minister baptismi z q ab eo reputetur dari baptismus requiritur z sufficit suppositum humanuz in statu vie. **Ex** quo sequuntur aliqua correlaria. **Primo** sequitur q de comuni lege spiritus angelicus vel humanus vt etiaz purus homo beatus vel damnatus no potest baptisare. **Unde** baptisat a spiritu vt homine damnato simpliciter non debz reputari baptisatus nisi per speciales reuelationem constaret q hoc fecisset ex precepto dei. sed baptisatus a spiritu vel homine beato si constaret q esset beatus simpliciter debet reputari baptisatus. quia ille nullu officium vsurpat sed omnia que operatur facit cu diuina approbatione. **Secundo** sequitur q de comuni lege mulier potest baptisare. de consecra. distin. iij. **Mulier** tamen non debz baptisare p sente viro nec vir laycus p sente clerico. nec vir clericus vel in alijs ordinibus constitutus p sente presbitero. **Sacerdos** autem hoc potest p sente episcopo quia hoc est officium suuz quod nullus alius debz facere nisi in casu necessitatis vt nisi vbi se redderet indignu vt si non vellet in casu necessitatis baptisare nisi daretur sibi pecunia. nihil enim sibi debet dari ex pacto. ij. q. j. **Sed** idem est faciendum ac si nullus sacerdos p sents esset. ij. q. j. baptisandis. **Tercio** sequitur q de comuni lege quantumcumqz malus hereticus vel infidelis potest baptisare. dum tamen habeat intentionez faciendi quod ecclesia intendit facere. etiam si nihil credat de veritate sacramenti tamen a malo ministro. s. heretico excommunicato vel fornicario notorio non debet recipi sacramenta nisi in necessitate. **Tercia** conditio ex parte ministri requisita est q ipse simul abluat et pferat verba. **Unde** tota forma verboruz debet tota proferri ab vno. et etiam qui pferat

no baptisatus

si sit hoc modo vt habeat multos canones

## Quarti sententiarū

verba debet simul abluere et proferre. quia sacramenta ecclesie sunt sacramenta unitatis et diuidi non debent. de consecratione distin. ij. Quia passus. **¶** Ex quo patet solutio vnius casus qui comuniter ponitur scz qd si mancus debita verba proferat et mutus abluat puer non est baptisatus. Nam tunc proferens verba diceret falsus. **¶** Etiam sacramenta ecclesie quo ad illa que sunt necessitatis non recipiunt diuisionem sed bene quo ad ea que sunt solennitatis etc. **¶** Quarta conditio ex parte ministri requisita est debita intentio scilicet faciendi quod ecclesia intendit. Et secundum Scotum non requiritur intentio actualis nec sufficit habitualis sed virtualis. hoc est quod baptizans quandoque habuerit intentionem actualem ex qua descendat actus baptisandi. **¶** Quarto ex supra dicta diffinitione patet que sit persona suscipiens baptismum. quia homo viator scilicet vir vel mulier. nec actualiter nec habitualiter dissentiens. Scotus pro dicit aliquando consentiens vel nunquam versus libero arbitrio. quia secundum eum in habente usum liberi arbitrii requiritur consensus. imo dicit quod forte non sufficit consensus habitualis siue actuali. Quicquid tamen sit de hoc certum est quod requiritur in baptisato quod non sit dissensus. **¶** Unde circa hoc possunt poni aliquae propositiones. **¶** Prima est quod si baptisandus sit paruulus non requiritur consensus nec ipsius nec parentum. Unde inuitis parentibus possunt paruuli baptisari. non tamen debent baptisari inuitis parentibus alterius secte sicut iudeis vel paganis. Et hoc maxime a persona priuata. quia parentes habent ius in filios quod non debet eis tolli a persona priuata etc. Scotus tamen dicit quod persona publica sicut princeps si tolleret a iudeis filios paruulos et eos faceret baptisari et religiose educari bene faceret. dummodo hoc faceret cum bona cautela scilicet ne parentes precognoscentes hoc prius occiderent paruulos. imo quod est plus quam religiosum esset illos parentes cogere minus et terroribus ad suscipiendum baptismum et ad seruandum postea susceptum. Et hoc ipse declarat et responderet ad oppositas rationes etc. **¶** Secunda propositio est quod si baptisandus sit adultus perpetuo furiosus stultus vel infans sane mentis aut nunquam versus libero arbitrio de ipso est idem iudicium sicut de puulo.

Tercia est quod si baptisandus sit adultus furiosus stultus aut infans sane mentis quod tamen non fuit semper talis sed habet lucida iter ualla tunc requiritur quod aliquando habuerit intentionem baptisandi. vel saltem quod ante non habuerit contrariam intentionem. Et ideo amens vel dormientes si ante furiam vel somnum habuerint contrariam voluntatem non recipiunt sacramentum cum in somno vel in furia baptizant. Si pro ante innotuit eorum voluntas possunt in articulo necessitatis baptisari. etiam si furiosus tunc contradicat. Si autem non sit in articulo necessitatis debet in furioso expectari lucidum interuallum. **¶** Quarta propositio est quod si baptisandus sit adultus sane mentis et de facto utens libero arbitrio requiritur quod non sit in eo dissensus nec actualis nec habitualis. Et hoc est certum. imo secundum Scotum requiritur consensus aliquis. Et sicut dicit Dolkor in tali requiritur intentio et fides et voluntas sacramentum recipiendi absoluta vel conditionata. Unde si quis omnino cogere ita simpliciter esset coactione nihil fieret. **¶** Si tamen sit voluntarium mixtum. sicut si per meum inducitur tunc recipit sacramentum sed non rem sacramenti. **¶** Ex his patet quod dicendum de eo qui ficte accedit ad baptismum. **¶** Unde de hoc sit hec quinta propositio quod ficte accedens ad baptismum sic quod ostendit se velle recipere baptismum eo modo quo ecclesia intendit eum conferre et tamen oppositum habet in animo. nec sacramentum recipit nec rem sacramenti. **¶** Sexta propositio sit hec quod ficte accedens ad baptismum sic quod ostendit se dispositum ad recipiendum illud sacramentum et tamen est ind dispositus. ut vel per infidelitatem vel per aliquod mortale peccatum de quo non penitet. non recipit rem sacramenti scilicet gratiam quia ponit in se obicem. modo sic dicit Augustinus. qui creauit te sine te non iustificabit te sine te. Si autem talis habeat infidelitatem respectu articuli de baptismum ut quod credit baptismum non prodesse tunc nec sacramentum recipit nec rem sacramenti et recedente fictione est rebaptisandus. Si autem habeat veram fidem respectu articuli de baptismum. et habeat infidelitatem respectu alterius articuli imprinentis ad illum vel etiam habeat quodcumque aliud peccatum tunc recipit sacramentum. et recedente fictione

Vide de paruulis qui baptisati sunt sine parentibus et sine

Vide

## Questio secunda

ne scilicet per penitentiam recipit re sacramenti et non est rebaptizandus. Et de hac ultima fictione loquitur sancti. Unde dicit Augustinus de baptismo paruulorum. Tunc valere incipit baptismus ad salutem cum illa fictio veraci confessione recesserit que in corde malicia pseuerante peccatorum ablutione non sinebat fieri. Sic ergo ex definitione baptismi supraposita patet quod sit materia et quid forma baptismi. et etiam quid sit persona conferens et quid persona suscipiens baptismum.

**S**ed adhuc iuxta hanc materiam solent poni a doctoribus multi casus dubii. quorum plures etiam dictis sunt soluti. Ponam tamen aliquos et quos magis videntur difficiles ad soluendum.

**P**rimus casus sit iste. Pone quod aliquis habens puerum pagani vel iudei in custodia videns ipsum periclitari morte baptizet illum sub tali conditione Ego te baptizo etc. si pater tuus cras presentiat. nunquid talis est baptizatus? Uno modo potest dici quod si puer ante conditionem impletam transeat non erit baptizatus. quia tunc non erit capax baptismi eo quod non erit de foro ecclesie militantis. nec est contra hoc illud capitulum A nobis. Extra de sententia excommunicationis. Ubi habet quod mortui sententia excommunicationis ligantur et solvuntur. et sic videntur esse de foro ecclesie militantis. Nam hoc solum tenet in iurisdictionibus non in sacramentalibus. illud est etiam propter facta precedentia quibus hoc meruerunt. alias non. Et ad hoc est Augustinus de cura pro mortuis agenda. Sed non sic in proposito. quia iste paruulus nihil omnino meruit. Alio modo tamen potest quod nullum sacramentum recipit conditionem nisi de presenti vel de preterito propter certitudinem sacramenti. Quod autem matrimonium adiungitur tractatum de futuro non est quia sacramentale sed quia contractus siue pactum. Et adhuc talis tractatus non est matrimonium nec sacramentum sed sponsalia. ideo nec in casu nostro est baptismus. Dicit tamen ad quod in casu ubi hoc pie ageretur. ut ubi gratia. si seruus christianus alicuius pagani non audens absolute hoc facere in presentia aliorum seruorum agat ut dictum est. credibile est quod fides serui cum tali opere paruulo subueniret. Ego autem dico simpliciter et absolute quod in casu isto non est baptismus nec aliquid quod paruulo valeat ad salutem.

quia conditio adiecta sicut dicit Dolkot repugnat significationi forme sacramentali. Nam cum dicitur Ego te baptizo denotatur quod ita sit in hoc tempore presenti. ita quod baptizet eum et conferat sacramentum. Cum autem adiungitur predicta conditio illa interimit significationem actus exerciti significationi prius quia dicitur si pater vult. Et ideo est mutatio forme quantum ad significationem que semper sacramentum impedit ut supra dictum est. quare non sit quod reditur ad salutem.

**R**espondetur secundus casus. Pone quod duo sunt sacerdotes qui eundem puerum simul sub hac forma baptizent. Ego te baptizo si nullus alius te baptizet. vel etiam pone quod vterque sine aliqua conditione dicat. ego te baptizo. nunquid puer est baptizatus?

**A**d primam partem casus potest dici quod illa conditio est corruptiua significationis forme in tali casu ut nunc. et ideo est contra effectum baptismi et non tenet sacramentum. quous conditio sit impleta. sicut est de matrimonio extra de p. di. appo. cap. 1. vlti. Si dicatur ego contraho tecum si semper velis esse adultera etc. Adam tamen dicit quod si vterque pie ageret non intendens agere contra comunem formam ecclesie. nec aliquid sciens de consocio sed scrupulose hoc faciens ut caueret ab irregularitate etc. et intendens omnino puerum baptizare tunc puer esset baptizatus. Si autem vterque carnaliter ageret. quasi diceret. valeat istud factum quantum solum verba dant. tunc puer non esset baptizatus. et hoc est probabile.

**A**d secundam partem casus potest dici quod si vterque baptizans intendat principaliter baptizare et eque primo baptizet ab vtroque puer est ministerialiter baptizatus. et dicitur semel solum baptizatus. quia non imputatur nisi vnus character. nec maior gratia datur quam si vnus solus baptizaret. Nec puer vel baptizans est irregularis. quia non est iteratio sacramenti secundum intellectum illius canonis. de p. sacra. dist. iij. quibus. Nam illud sacri canonis statutum fuit in penam et detestationem volentium iterare baptismum. Isti autem hoc non intendunt nec reuera est ibi iteratio. sicut in casu quo plures assistentes episcopo verba simul proferunt p. sacra. hostie. non est iteratio.

**T**ercius casus. Pone quod sacerdos de pluribus sibi oblatis. vnum solum baptizare intendit. nec aduer

opinio Holtzot

## Quarti sententiarū

tit q̄ duo sibi offeruntur nec plus habet in  
tentionē super vnum q̄ super alterum sed  
cogitet in generali volo puerum nūc mihi  
oblatum baptizare zc. Nunquid vterq̄ est  
baptisatus v̄l non. potest dici probabiliter  
q̄ nullū baptisat. quia intentio in casu isto  
repugnat effectui. Nam qua rōne vnū bap  
tizaret pari ratione vtrumq̄. Et tamē nō  
vtrūq̄ quia intentio contrariatur in casu.  
Et similiter potest dici d̄ monstro bifo:mi  
q̄ si baptisatus singulariter z̄ precise inten  
dat vnum solum baptizare et super neutz  
plus intendat q̄ super reliquum et sint ibi  
due anime neutra est baptizata. Ad am ta  
men dicit q̄ si sacerdos non haberet inten  
tionē expresse p̄trariam et faceret in forma  
ecclesie q̄ vterq̄ baptisat eo q̄ singulare p̄  
se extendere ad plurale. Turtius est tamē vt  
dicit Holkot vnum baptizare z̄ postea ali  
um sub p̄ditione dicendo. si non fueris zc.  
Unde generaliter in hoc casu z̄ alijs dubi  
is sunt tres regule quas ponit Scot⁹ vbi  
agit de forma baptismi. Prima est si possi  
bilitas adest via tutissima est tenenda. Se  
cunda si non adest possibilitas via tutissi  
ma proxima. Tercia. cessante impossibili  
tate caute sup̄plēdū est qd̄ impossibilitas p̄  
hibebat. **Quartus casus.** Pone q̄ sacer  
dos intendat baptizare masculinum et offe  
ratur sibi femina nūquid erit baptizata po  
test dici q̄ sic. quia non requirit̄ noticia di  
stincta persone in baptismo s̄z sufficit q̄ ta  
lis intendat baptizare. Et hoc est veruz dū  
tamen iste volēdo baptizare masculuz non  
habeat expresse intentionē nō baptisan  
di femina. alias non. **Quintus ca  
sus.** Pone q̄ aliquis faciat se sub conditio  
ne baptisari dicendo. si non fueris baptisa  
tus zc. z̄ tamen sciat se baptizatum nunqd̄  
talis peccet et sit irregularis. potest dici q̄  
talis nisi per factū aliquod aut per volūta  
tez vtatur secundo baptismo tanq̄s valido  
non est irregularis. nec secundo baptizat⁹  
vere vel interpretatiue quia hoc non est ex  
presse cautum in iure. Si tamen sic vtet̄  
esset interpretatiue secundo baptisatus et  
esset irregularis. Talis tñ quocunq̄ mo  
do sit peccat semper. eo q̄ non debet deriso  
rie aut frustratorie hoc facere z̄ q̄ validuz  
z̄ scitum reddit dubiū. et sic talis conditio  
nis appositio non est p̄cessa nisi vbi est du  
bitatio. z̄ vbi nescitur de baptismo precedē

te qd̄ talis non seruat. ideo peccat. nisi for  
te vbi hoc faceret ex ignorantia z̄ simplici  
tate. **Sextus casus.** Pone q̄ aliquis nō  
baptisatus credens tamen se baptisatū or  
dinet in sacerdotem nunqd̄ talis si sic dece  
dat damnatur. Item nunqd̄ fuit sacerdos.  
Item nunqd̄ cōsecrauit z̄ absoluit. **Ad  
p̄mum potest dici q̄ nō. si veresimiliter z̄ p̄  
babiliter credidit se baptisatū. q̄ hoc excu  
sat eum z̄ sufficit ad salutem. Aliter quilibz  
haberet semp̄ dubitare vtrū esset baptisat⁹  
zc. **Ad secundū dico q̄ non. q̄ baptism⁹  
est iahua sacramentoz. zc. **Ad terciū di  
co q̄ sic. q̄ bona fide credidit se esse sacer  
dotem ideo p̄cedunt aliqui q̄ talis licz nō  
fuerit sacerdos. tamen potuit corpus chri  
sti p̄secrare z̄ absoluerē a peccatis. S̄z me  
lius dicitur q̄ ista p̄ eum tanq̄s per sacerdo  
tem gesta. rata fuerūt. sed tamen ea non fe  
cit. sed qd̄ ipse facere credidit summ⁹ sacer  
dos per suam gratiam sup̄pleuit. Non po  
no hic plures casus. quia ex predicis plu  
res possunt solui. **Et hec de primo arti  
culo. Sequit̄ articulus secundus********

**Ad** quantum ad secundū articulum  
in quo videndū est de p̄ncipali questio.  
Primo ponam p̄positiones cōcedendas d̄  
virtute sermonis. Secundo p̄clusionē re  
sponsalem ad intentionē querentis. Ter  
cio inferam aliqua correlaria ex dictis.  
Prima p̄positio sit ista loquendo de necessi  
tate absoluta nullus baptismus christi est  
ad salutē necessarius viatori. **Secunda  
loquendo de necessitate de lege cōmuni or  
dinata nullus baptismus christi est ad sa  
lutē necessarius viatori. Et istas duas p̄  
bat prima ratio ante oppositū questionis.  
Et quibus patet q̄ questio est falsa de vir  
tute sermonis. **Tercia p̄positio loquēdo  
de necessitate de lege cōmuni ordinata cui  
libet viatori est ad salutē necessarius bap  
tismus christi. Unde p̄ intellectu istorum  
sciendum est q̄ triplex est baptism⁹. scz bap  
tismus fluminis. baptism⁹ fluminis. z̄ bap  
tismus sanguinis. modo de lege ordinata  
quilibet istoroz sufficit ad salutem. et per cō  
sequens null⁹ istoroz requiritur. tamē aliq̄s  
istoroz. Ideo p̄cedendū est q̄ nullus bap  
tismus de lege ordinata est ad salutem neces  
sarius viatori. tñ cui libz viatori aliq̄s bap  
tismus est necessarius ad salutē de lege or  
dinata. Similiter refert dicere baptism⁹****

## Questio secunda

est necessarius viatori et dicere viatori est necessarius baptismus. sicut refert dicere oculus est necessarius ad videndum. et dicere ad videndum necessarius est oculus. quia prima est falsa et secunda est vera. Et differentia per logicam patet etc. Sed quia sancti et doctores loquentes de baptismo commiter intelligunt de baptismo fluminis. ideo spiritualiter videndum est quod ad salutem necessarius sit huiusmodi baptismus. de quo ponitur conclusio responsalis ad intentionem querentis quod cuilibet viatori ad baptismum est necessarius ad salutem de lege ordinata et communi. Ad istum sensum quod quilibet qui non implevit preceptum baptismi fluminis de lege ordinata et communi sub pena perditionis salutis tenetur ad ipsum scilicet affectu suscipiendi per loco et tempore et effectu si viator manet quousque possit commode recipere. Et hoc probat Scotus in quarto ubi querit utrum iam iustificati teneantur ad susceptionem baptismi. Et facit ad hoc duas rationes que ut credo non concludunt. quia nimis difficile esset hoc probare ratione sed bene tamen potest probari auctoritate scripture sicut facit dominus Armanus li. viij. de questi. armeniorum. ca. xxxv.

**Q**Uod et predictis sequuntur aliqua correlaria. **P**rimum est quod iam iustificati si non fuerint baptisati baptismo fluminis tenentur baptisari. Et hoc verum ad sensum supra dictum. **S**ecundum est quod uobis baptisati et martirisati si postea miraculose resurgant tenentur baptisari. Et talis baptismus iustificatoz non est frustra. quia per eum seruatur obedientia diuini precepti. **T**ertium est quod beata virgo et apostoli christi fuerunt baptisati. licet hoc non legatur expresse. quia ad hoc tenebantur nisi cum eis fuerit dispensatum. Nam erant in tempore quo baptismus fluminis erat promulgatus per modum precepti et non apparet quare christus cum eis dispensauerit. imo nec istud fuisse conueniens. quia exemplo christi ipsi debuerunt facere quod docebant. **S**ed contra conclusionem arguitur primo. quia sola fides sufficit ad salutem. Unde apostolus Arbitramur iustificari homines per fidem sine operibus legis. Et iterum Corde creditur ad iustitiam etc. Et multa similia habentur in scriptura. **I**tem ad salutem non requiritur baptismus fluminis etc. **S**ecundo sicut in noua lege precipitur baptismus ita in antiqua precipiebatur circumcisio. **B**en. xvij. **S**ed multi non circumcisi tunc salua-

bant sicut iob etc. ita et in noua cum sit melior etc. **T**ercio christus dicit Jo. vi. Nisi manducaueritis carnem filii hominis etc. non habebitis vitam. ubi ita expresse et in verbis similibus affirmatur necessitas sumptionis sacramenti eucharistie. sicut in casu tercio precedente affirmatur necessitas baptismi. sed sine eucharistia saluantur multi. igitur etc. **Q**uarto videtur quod ad minus illi qui nunquam audierunt loqui de lege euangelica christi non tenentur baptisari. sicut forte aliqui sunt in aliquibus insulis. Et ad hoc est illud christi. Joh. xv. Si non venissem et locutus es eis non fuisset peccatum non haberent. **Q**uinto videtur quod si parentes infantem baptisare laborant et peruenitur morte antequam valeat baptisari quod fides parentum ei sufficiat ad salutem. **T**um quia talis fides videbatur sufficere paruulis in lege nature. **T**um etiam quia paruuli ab herode occisi ut inter eos christus occideret saluati fuerunt cum ecclesia teneat eos esse martyres. sed in illis paruulis nulla causa salutis repiri potest. aut non tanta quanta in proposito. ubi est fides parentum etc. **S**exto in potentia homines etiam adultos excusantur a susceptione baptismi. igitur paruuli naturaliter impotentes si moriantur ante baptismum legitime excusantur. igitur non damnantur sed saluantur etc. **A**d primum dico quod fides que per caritatem operatur est principium sufficiens ad salutem dum tamen habens eam. legem obseruet. ideo homines etiam baptisati tenentur cum lex hoc precipiat. Et sic intelligenda sunt omnia similia. **A**d secundum dico quod lex circumcisionis solum data erat abrahe et semini eius ut patet ex textu scripture ubi datur illa lex sed preceptum baptismi datur omnibus. igitur etc. **A**d tertium dico quod illud dictum intelligitur de sumptione seu manducatione spirituali per fidem. et sic est necessitatis etc. Et tamen si de sumptione corporali accipitur et intelligitur cum modificatione sicut etiam oblatione aliorum preceptorum affirmatiuum sic. nisi rationaliter et legitime causa excuset. **I**tem illa duo quatenus sunt precepta necessitate habent. non dico tamen pariter vel equaliter. **A**d quartum dico cum apostolo rom. x. quod inuocabunt in quem non crediderunt. aut quod credent in quem non audierunt. Et sequitur statim. **S**ed dico nunquam non audierunt. Et quod dicitur. **I**n omnibus terra exiuit sonus eorum etc. **U**n de intentione apostoli et scripture in pluribus locis videtur esse quod predicatio legis christi exiuit in omnibus terra. id est ad eam suandam omnes tenentur etc. **P** **A**d quintum dico quod fides pentium non sufficit ad salutem paruulorum nec vi-

## quarti sententiarū

¶ Sufficit ante legē sine sacrificiis. quoniā  
omni tēpore ab origine mundi fideles dō  
sacrificia offerebant vt placērent. vt patet  
Benef. iij. 7 deinceps per scripturā. et hec  
erant pro suar filiorum salute. ¶ Ad illud  
quod dicitur de paruulis ab herode occi-  
sis dicit dominus Armacan<sup>o</sup> libro supra-  
dicto. caplo. xxxvij. q̄ paruuli non circum-  
cisi qui fuerunt occisi non fuerunt saluati.  
q̄ caruerunt sacramento salutis. nec erāt  
innocentes sed peccatores. et eorum saluti  
manifeste obuiat illud Vasculus cuius p̄-  
pucij caro rē. circumcisi autem innocētes  
erant. Et ideo congrue festum eorum festū  
innocētiū vocatur. Nec videtur iuxta scri-  
pturam nobis traditā q̄ illi circumcisi oc-  
cisi ampliozem beatitudinē acceperunt q̄  
ceteri circumcisi nō occisi aut q̄ baptisati in-  
fantes cōmuniter morientes. licet quodā  
modo martyres dici possint. Nisi forte de  
us occulto suo iudicio eis aliquid ampli<sup>o</sup>  
dederit quod negare nec tenere affirmare  
p̄sumendum est. quia hoc non habetur ex  
scriptura. ¶ Istud autem videtur bene du-  
rum. quia ad minus videtur q̄ circumci-  
sio sanguinis suffecerit ad salutem sine cir-  
cumcisione carnis. sicut baptism<sup>o</sup> sangui-  
nis sine baptismo fluminis in paruulis rē.  
¶ Ad sextum dico q̄ verum est quod pri-  
mo inferitur scilicet q̄ impotentia in infanti-  
bus eos excusat ab obseruantia precepti d̄  
baptismo habendo. Et ideo eis non impu-  
tatur ad culpam nouam q̄ nō fuerunt bap-  
tisati 7 ita de circumcissione. sed nō recte in-  
fertur vltimus. ergo nō damnant rē. quia  
sola anima christiana saluabitur 7 que pa-  
ctum dei seruauerit. quod non est in istis.  
Ideo damnantur. nō quia culpam incurre-  
runt ex non obseruantia sed quia pactū nō  
seruauerunt. et ita dicerem de ignorantibz  
legem 7 nomen christi si alicubi essent aliq̄  
scilicet q̄ lex illa siue preceptū baptismi eos  
non ariat. nec illam seruare tenentur sed d̄  
eius nō obseruantia per ignorantiam excu-  
santur. tamen penam legis iuste subire cō-  
pelluntur. Exemplum de latrone qui hāc  
legem q̄ latro suspendatur seruare non te-  
netur. quia non debet esse homicida sui. et  
tamen penam legis per iudicem iuste com-  
pellitur sustinere. Et hoc de secundo arti-  
culo. ¶ Quantum ad tertium arti-  
culum in quo videndum est vtrum p̄ bap-

tismi institutionem euacuata fuerit circū-  
cisio. ¶ Primo videndum quando fuerit  
baptismi institutio. ¶ Secundo quando  
incepit eius obligatio. ¶ Tercio videndū  
quādo fuerit circumcissionis euacuatio  
¶ De primo puncto sit prima p̄positio ¶  
baptismus non fuerit institutus quando  
christus fuit baptisatus a Johāne. quia il-  
le nō fuit baptismus christi id est forma. s̄  
forma Johānis. tamen christus tunc de-  
dicauit aquā tanq̄ materiam ydoneaz.  
¶ Secunda p̄positio. q̄ nec illo verbo Jo-  
hannis. iij. dicto ad Nicodemū. Nisi quis  
natus fuerit denuo rē. Quia non est vere-  
simile tam necessariū sacramentuz clam et  
cum persona priuata que nō debuit esse p̄-  
co illius institutionis institutum fuisse.  
¶ Tercia p̄positio q̄ baptismi institutio n̄  
differebat vsq̄ ad illud tempus quo dictū  
est Mathei vlti. Euntes ergo rē. Nam di-  
scipuli christi ante baptizabat vt patet Jo-  
han. iij. ¶ Quarta p̄positio q̄ precisa ho-  
ra institutionis baptismi non legitur in euā-  
gelio. t̄ bene p̄iunctur tempus institutio-  
nis fuisse ante tempus illud quo discipuli  
baptizabant. ¶ De secundo puncto  
sit prima p̄positio q̄ institutio baptismi pre-  
cessit p̄mulgationē 7 p̄mulgatio obligatō-  
nem. Primū patet. quia nō promulgatur  
lex nisi primo sit a legislatore determinata  
rē. Secundū patet q̄ nullus tenet ad ali-  
quod diuinum preceptum nisi per aliquē  
autenticū 7 ydoneū rē sit promulgatū. iu-  
xta illud Jo. xv. Si nō venissem 7 locutus  
eis non fuisset rē. Et hoc verum est de le-  
ge p̄positina cuiusmodi fuit preceptuz bap-  
tismi. ¶ Secunda p̄pō q̄ congruū fuit p̄-  
mulgationem baptismi primo fieri p̄ mo-  
dū silij. deinde p̄ modū p̄cepti. Tū primo.  
q̄ lex p̄fectissima nō debuit p̄cipitare im-  
poni. Tum sc̄do q̄ lex vet<sup>o</sup> cū nō esset ma-  
la nō debuit subito repelli sed debuit syna-  
goga cū honore sepeliri. rē. ¶ Tercia p̄pō.  
q̄ p̄mulgatio baptismi 7 generalr p̄mulga-  
tio cuiuscūq̄ p̄ modū silij diuini obligat  
oēs ad q̄s legitime venit ad nō p̄tēdū. p̄-  
mulgatio aut p̄ modū p̄cepti obligat ad  
obseruandū. Sc̄dm notū est. sed p̄mū pa-  
tet. q̄ qui p̄tēnit p̄silij. p̄tēnit p̄sulentē in-  
q̄stū consulentem. ideo vt bene dicit sco-  
tus. caueant sibi mordentes paupertatem  
euangelicā mendicantiū fratrum rē.

Vide op. mon. armacanij

Vide hanc p̄gra dea-  
tionem

Baptismi institutio fuit p̄ modū silij

## Questio secunda

**Q**uarta propositio q̄ baptismus soluz habuit duo tempora. Primum quo erat sub consilio quod durauit a principio ex quo predicatum fuit euangelium vel baptismus a christo ⁊ apostolis vsq̄ ad predicationē solennem eiusdem post ascensionem christi. Secundū tempus quo erat sub precepto quod incepit fm̄ Scotum in die Penthecostes in Hierusalē quia vsq̄ ad illum diē non predicauerunt apostoli publice. iuxta illud. Vos autem sedete in ciuitate donec induamini virtute ex alto. Consequenter p̄o ad alias ciuitates ⁊ loca fm̄ ordinē cuiuslibet incipiebat fm̄ tēpus quando ibi publice ⁊ solenniter predicabatur lex euangelica. Et ita quibusdam incepit illud secundū tempus per mensem post penthecost. quibusdam per annuz. quibusdam per decennium. ⁊ ita deinceps. Quare patet q̄ non eque cito apud omnes fuerit baptismi obligatio sed diuersis temporibus.

**S** De tercio puucto sit hec prima propositio q̄ q̄stum ad circumcissionem distinguenda sunt quatuor tempora. Primum. p̄ quo fuit necessaria. Secundū pro quo fuit utilis non necessaria. Tercium pro quo nec utilis nec necessaria tamen non mortifera. Quartum pro quo omnino mortifera ⁊ illicita. **S**ecunda propositio q̄ primum tempus circumcissionis precessit vtrumq̄ tempus baptismi. Quia ex quo consuebatur baptismus non fuit circumcissio necessaria volenti baptisari. **T**ercia propositio est q̄ fm̄ tempus concomitabatur primum tempus baptismi. quia q̄d in baptismi fuit sub consilio licuit eligere q̄d cuiusq̄ placuit vel circumcidi vel baptisari et vtrumq̄ erat vtile nullū necessarium.

**Q**uarta propositio q̄ tertium tempus circumcissionis concurrat cum secundo tempore baptismi ⁊ hoc quo ad iudeos vsq̄ ad illud tempus Pauli quando dixit ad Galathas quinto. Si circumcidimini christus nihil vobis prodest. imo veresimile ē q̄ bñ vltra ⁊ multo post videbantur fratres hierosolimis approbare obseruantiaz legis et de ea consulere paulo. **Q**uinta propositio q̄ quartū tempus circumcissionis concurrat cum secundo tempore baptismi et h̄ quo ad gentes conuersos ad fidem saltē post illud tēpus quo Paulus ascendit hierosolimā ad seniores super illa questione de

qua habetur Actuz decimoquinto. Ita q̄ fm̄ tempus baptismi a principio sui totaliter fecit circumcissionē illicitam q̄stum ad gentes conuersos vel saltē post tempus terciū cōcilij in hierosolimis. de quo tactū est in quo seniores determinabant legem non debere imponi gentibus conuersis

**S**exta propositio q̄ q̄stum ad iudeos conuersos secundū temp⁹ baptismi nec a principio sui nec post terciū cōcilium apostolorū excludit omnino circumcissiones tanq̄ illicitas nec alia legalia sed in multo tempore post licite seruabantur. Nec legim⁹ in scriptura quādo fuerit circumcissio iudeis conuersis simpliciter prohibita. quia historia scripture nō producit vltra quintum annuz nerouis. scilicet non vltra .xxx. annum a passione christi ⁊ toto tempore illo iudei conuersi obseruabant leges quod eis licuit. Veresimile est tamē q̄ deus per apostolos vel illorū successores tempore determinato simpliciter prohibuit legalia obseruari. licet de hoc non habeat in scriptura. quia aliter ecclesia non teneret esse hereticum dicere legalia currere cum lege euangelica. vt extra de baptismo ⁊ eius effectu. ca. maiores. nisi deus hoc specialiter reuelasset zc.

**C**ōtra illud quod hic dictum est de exclusionē circumcissionis quo ad iudeos zc. videtur sensisse apostol⁹ ad Galathas secundo. Ubi dicit se reprehendisse Petrum. Et hoc videtur ex eo q̄ obseruabat leges. que reprehensio facta fuit satis cito post illud tertium concilium supradictum. quare zc. **D**e isto facto Petri si errauerit vel non. videtur controuersia inter duos egregios apostolos Petrū et Paulum. et postea inter duos egregios doctores Augustinum ⁊ Hieronymum. de hoc tamen pono propositiones. **P**rima sit hec. **Q** Petrus illo facto errauit. patet. quia licet apostoli in factis vel dictis potuerunt errasse. non tamen in q̄stum scriptores alicuius partis scripture. cum ergo Paul⁹ in epistola ad Galathas que est ps scripture canonicē scribat q̄ Petr⁹ reprehensibilis erat ⁊ nō recte ambulās ad veritates euangelij. sequit⁹ zc. **S**ecunda p̄o. Petr⁹ in illo facto nō errauit. qz leges seruauerit. qz post illud factuz Paulus circumcidit Thimotheum. ⁊ tota multitudo conuersa in iudea obseruabat legē Act. duodecimo. q̄ zc.

apostoli in factis et dictis  
conueniunt - errare

## ¶ quarti sententiarū

tura sed autoritate ecclesie zc.

**T**ercia dubitatio. Utrum pena iteran  
tū hoc sacramentum sit irregularitas Re  
spondent canoniste qđ sic. Quod probāt p  
locum a simili de baptismo p casum. de cō  
secre. distin. iij. Quibus tamen Scotus  
dicit oppositum. quia nulla pena canonica  
qđ nō est inflicta a papa condente ius incur  
ritur ipso iure. nec propter argumentū ex  
ponentiū canones siue a simili siue a ptra

rio sensu est aliquis tali pene astrict<sup>9</sup>. quia  
possunt exponere ius condituz non nouū  
ius cōcedere. Cū ergo non inueniat ex p  
sed dicta pena in iure inuo magis oppositum  
de conse. distin. v. dicituz. vbi nulla pena in  
figitur episcopo iterū confirmanti vl etiā  
suscipienti nisi qđ soli dō sub habitu mona  
chali vel clericali seruiat. illud enī innuit  
non penam irregularitatis sed magis oppo  
situm. Igitur illa pena nō est imponēda ma  
xime cum pene sint restringende. zc.

**A**d rōnes qđstionis patet qđ dīcēdū sit.  
De sacro eukaristie. ¶ Questio quinta.

**Q**uia postquā  
magister egit de sacramento  
baptismi quo regeneramur.  
et de sacramento confirma  
tionis quo roboramur. cōsequenter agit  
ab octaua distinctiōe vsq; ad decimā qrtā  
de sacramento eukaristie qđ nutrimur Ideo  
quero Utrum idem corpus xpi localitē sit  
in celo z realiter in eucharistie sacramento.

**A**rguitur primo qđ nō. quia si sic seqret  
qđ corpus xpi distaret a seipso Cōsequens vi  
det implicare. z pna tenet. qz quanta est di  
stantia inter loca tāta est inter locata vt vi  
det claz. igit zc. Secūdo sequeret qđ xpi  
corp<sup>9</sup> z spēs eucharistie essent eqlia. Cōse  
qns apparet falsum. z pna pbat. qz qđ occu  
pant locū eqlz sunt eqlia. Nā qđcunq; vni  
z eidē sunt eqlia inter se sunt eqlia. zloc<sup>9</sup> est  
eqlis locato et econtra. Si ergo corp<sup>9</sup> xpi  
et species ille occupant equalē locū. sequit  
zc. Tercio si sic. vel omnis actio et pas  
sio z omne accidēs qđ insunt corpi xpi loca  
liter existenti in celo etiā insunt eidē exis  
tenti in eucharistia vel nō. Si dicat qđ sic. cō  
tra. qz in eucharistia nō pōt videre nec audi  
re nec videri nec audiri. zista ppetit sibi in  
celo. igit. Si dicat qđ nō. cōtra actiō suffi  
ciēter approminato passiuo pōt seq actio. sz  
sic est hic. igit zc. Oppositū tz fides ppr illd  
dictum xpi. hoc est corp<sup>9</sup> meū. In ista qđ  
stione erūt tres articli. sic in pcedentib.

**P**rimo videbit qđ est eucharistia. Se  
cūdo de qđstioe pposita Tercio de illo qđ  
tāgit rō ecia. s. vtz oīs actio aut passio zc  
accidēs qđ inest corpi xpi existenti in celo  
possit eidē inesse sub eucharistie sacramento

**Q**uantum ad primū articulū fm

Scotū et cōmuniter loquentes Eucharistia est sacramentū corporis xp̄i contentū sub speciebus panis et vini post cōsecrationē factam a sacerdote sub certis verbis cum debita intentione prolatis ex institutione diuina veraciter signans corp⁹ xp̄i et sanguinē sub vtraq; panis scz et vini specie realiter contineri. et ipsum digne comedentes aut bibentes spiritualiter refici Et hec descriptio patebit ex dicendis. Et hac descriptione patent sex correlaria. **P**rimo patet quid sit materia huius sacramenti. quia panis et vinum. Et debet esse panis triticeus cum aqua elementari coagulatus de p̄secra. distin. ij. caplo. Non oportet. Et caplo sequenti. Cuius congruentia accipitur ex illo verbo christi Johan. xij. Nisi granū frumentū zc. Ubi christus grano frumenti se comparat. Debet etiam esse vinū de vna expressum. de cōse. distin. ij. Vinum. Cuius congruentia accipitur ex illo verbo xp̄i. Ego sum vitis zc. Ubi christus se comparat viti. Et ideo vinū artificiale vel qd nō est de vite non est conueniens materia huius sacramenti. Ratio autē omnium istorū est sola institutio diuina. quā congruentie ad hec possint dari. **S**ecundo patet qd sit forma huius sacramenti. quia certa verba a sacerdote prolata. Pro quo pono aliquas propositiones. **P**rima est qd forma consecrationis corporis sunt hec vba. hoc est corpus meum. Unde illa cōiunctio enī non est de essentia forme sed ponitur ad cōtinuandū. nē illa verba que sunt de forma pferantur sine precedentibus. **S**ecunda propositio qd illa verba precedentia debēt dici propter reuerentiā vel ppter orationē p̄nitendā. licet non sint necessaria ad p̄secrationem faciendam. **T**ercia propositio. Qd ad p̄secrationem sanguinis ista verba sunt necessaria vel eoz sensus. hic est sanguis meus. quoniam omnes quatuor euangeliste in illo sensu concordant quia idem intelligit p̄ ista. hic est calix sanguinis mei hic est enim sanguis meus. hic est calix in meo sanguine que verba illi quatuor posuerunt. Nec autem verborū diuersitas fuit forte propter h̄ quia a principio in diuersis linguis scripserunt. vel quia ex diuersis linguis in latinū translata sunt euangelia. vel quia sic voluit spiritus sanctus vt sciretur qd non eadem verba requirunt sed equiualens sensus. vt

propter aliud misterium. Non est ergo dubium sensum illoz exigi ad consecrationē sanguinis. sed vtrum aliud requiratur dubium. **P**ro quo sit quarta propositio qd nō est certum ex scriptura vtrū illa verba que precedūt aut sequunt in canone missę fm̄ vsum ecclesie. aut aliqua alia a predictis requirant ad consecrationē sanguinis. **I**deo periculosum est hic aliquid asserere. qz ad hoc autoritas sufficiens non habetur. sed non est periculosum ignorare. qz videt ignorantia inuincibilis vt dicit Scotus. Et d̄ hac materia tractat Armacanus li. ij. a principio vsq; ad quintū capl'm. sed transeo cā breuitatis. zc. **Q**uinta propositio que sequitur ex predictis est. qd non est necesse in quolibet sacramento scire precise que vba sunt de forma ad hoc qd aliquis pferat sacramentū. **S**exta est qd in casu talis dubij sufficit intentio faciendi quod facit ecclesia. ideo sacerdos debet distinc̄te legere verba canonis a principio vsq; ad finē. et oppositum facere esset peccatū. quia ibi melior est simplicitas q̄ subtilitas. **E**t

**T**ercio ex dicta descriptione patet quis sit minister huius sacramenti. quia sacerdos certa verba proferens cū debita intentione. Pro quo pono aliquas propositiones. **P**rima est qd solus deus potest hoc sacramentū conficere causaliter. **S**ecunda qd creatura potest hoc sacramentū p̄ficere ministerialiter. qz deus sic ordinauit vt in quolibet sacramento minister posset esse homo.

**T**ercia est qd ad hoc vt creatura conficiat hoc sacramentū ministerialiter soluz tres conditiones requirunt simpliciter. **P**rima est qd sit sacerdos. **S**ecda qd pferat verba p̄secrationis. **T**ercia qd habeat intentionē faciēdi qd ecclia itēdit. **P**rima conditio ē specialis in hoc sacramento. Et pbat extra d̄ sū. trini. et fide ca. Et fundat Mat. xxvi. Hoc facite zc. Uel hoc. quotiēcūq; feceritis zc. Ubi xp̄s loquitur discipulis quibz succedunt in ecclia soli sacerdotes. **S**ecda conditio et tertia sunt cōmunes alijs sacramentis. **U**n̄ propter defectū secunde nō pōt mutus p̄ficere. sed ppter defectū tertie hoc non pōt carēs vsu rōnis. sed illud pōt degredat̄ hereticus vel scismaticus. **Q**uarta ppō qd ad h̄ vt creatura cōficiat hoc sacramentū ministerialiter non solū simpliciter et absolute sed etiam decēter et ordinate aliq; alia a

## ¶ quarti sententiarū

predictis requirunt scz aliq̄ ex pte ministri  
vt q̄ nō sit subiectus pene canonice aut pe  
ne naturali super qua fundatur pena cano  
nica. sicut q̄ nō sit degradatus irregularis  
eccōicatus. suspensus ab executione sacra  
mentorū. symoniacus vel infamis. q̄ non  
sit in naturalibus turpiter z scandalose de  
fectuosus sicut leprosus. Item q̄ nō sit in  
peccato mortali z q̄ sit in puenientibus or  
namentis vt habetur de p̄seca. distin. j. ve  
stimenta. Et q̄ habeat in missa responden  
tem in persona totius ecclesie. Similit̄ ex  
parte loci aliqua requirunt. Ex parte loci  
p̄rie dicti duo. scz. primo q̄ non sit interdi  
ctus. secundo q̄ sit sanctificatus. Et istud  
secundum intelligēdum est nisi in casu ne  
cessitatis. Item ex parte loci improprie di  
cti scilicet altaris vel vasis requiritur q̄ al  
tare sit lapideū z q̄ calix vel patena sit d̄ au  
ro z argento aut ad minus de stanno. non  
de ere vel auricalco propter cōtractaz ru  
biginem. non de ligno vel vitro propt̄ im  
bibitionē vel fractionem. Et debent om̄ia  
ista esse consecrata. ¶ Similiter aliqd̄ re  
quirit̄ ex parte tēporis scilicet q̄ sit inter p̄n  
cipium diei et horam nonam intelligendo  
p̄ principium diei principium aurore. Et in  
cipit fm̄ aurore in libro de crepusculis q̄n̄  
est sol sub orizonte ad octo gradus. z hoc ē  
intelligendū regulariter. ¶ Item istam tem  
poris circumstantiā p̄comitatur vnuz q̄s  
requirit tractum temporis scz q̄ dicat̄ mis  
sacum certis orationibus fm̄ vsum eccle  
sie. Et de omnibus istis vide in Scorō li  
bro quar. in fine distin. tredecime. vbi dif  
fuse declarat ista que breuiter summaui qz  
licet sint vtilia tamē non sunt inagne specu  
lationis. ¶ Quarto ex predicta dif  
finitione patet quis sit suscipiēs hoc sacra  
mentū. qz comedens aut bibens. ¶ Pro q̄  
distinguedum est fm̄ Scotū q̄ hoc sacra  
mentū potest aliquis suscipere quadruplici  
ter. Uno modo sacramentū z nō sacramē  
taliter. Secūdo mō sacramentū sacramē  
taliter z nō spūaliter. Tercio modo sacm̄  
sacramentalit̄ z spūalit̄. Quarto mō sacm̄  
spūaliter z non sacramentalit̄. ¶ Primo  
modo recipit sacramentū qui recipit hosti  
am consecratā. sed tamē non recipit eaz vt  
consecratam sed om̄ino nō discernens eaz  
a cibo p̄muni. Et talis fm̄ apostolū. j. Co  
rinth. ij. Iudicium sibi manducat et bibit

non diiudicans corpus domini. id est non  
discernens a p̄muni cibis. Et hoc si fiat  
ex infidelitate sicut in pagano. vel ex p̄tem  
ptu stante fide vt in malo christiano. Et h̄  
modo vnuz brutū potest recipere hoc sa  
cramentū. ¶ Secundo modo recipit sa  
cramentū ille qui est in peccato mortali. et  
tamē credit ibi esse corpus christi z recipere  
cōmunionē ipsius. ¶ Tercio modo reci  
pit sacramentū bonus fidelis sine peccato  
mortali qui cibum siue sacramentū corpo  
raliter recipit z in cibum spūaliter conuer  
tit. iuxta verbū Augustini. ¶ Quarto mo  
do recipit sacramentū bonus fidelis deuote  
paratus ad susceptionē. qui tamē propt̄  
reuerentiam abstinet vel p̄pter infirmitatē  
vel quia forte non habet ministrū. ¶ Istis  
tribus modis brutū non potest suscipere sa  
cramentum. sed duobz vltimis solus bon⁹  
recipit. ¶ Quinto ex dicta descripti  
one patet quis sit effectus huius sacramē  
ti. Est em̄ duplex effectus. Primus est rea  
lis continentia corporis z sanguinis chri  
sti sub speciebus panis z vini. Secundus  
est refectio spiritalis illius qui digne reci  
pit hoc sacramentū. Primus effectus pro  
batur p̄ auctoritatē Bath. xxvj. vbi christ⁹  
post cenā illud sacramentū instituit vt sub  
illis speciebus verum corpus eius z verus  
eius sanguis realiter contineret. Et nō tū  
tunc quando ipse confecit sed etiam quan  
do postea a sacerdotibus conficeretur. Ad  
quod dedit auctoritatem subdēs ibi. hoc fa  
cite in meā cōmemoratione. Unde q̄ hoc  
sacramentū semper sit in ecclesia q̄diu ipa  
durabit patet per illud. Quotienscūqz pa  
nem hunc tē. in ortem domini annuciabi  
tis donec veniat. supple ad iudicandū. Un̄  
vsqz tunc durabit ecclesia militans z euka  
ristia in ea. ¶ Secundus effectus patet.  
quia congruum est illum specialiter refici  
qui digne recipit cibū spiritualementē. ideo  
datur in specie cibi corporalit̄ tē. Si vero  
heretici vellent impugnare primuz effectū  
dicendo q̄ corpus christi non est ibi realit̄  
sed solum representatiue. z q̄ illa verba scili  
cet hoc est corpus meuz hic est sanguis me  
us dicta sunt figuratiue sicut illud Jobā  
nis decimoquinto. Ego sum vitis vera.  
Istud apparet esse contra intentionē chri  
sti. qz fm̄ Augustinum intellectus verbo  
rū christi ex precedentibus et sequentibus

vide ha



## Quarti sententiarū

qd demonstrat sacerdos p h hoc qu qd est

videtur facere q nisi corpus christi fuisset  
ibi sub sacramento ante plationē illorum  
verborū hoc est zc. non vere dixisset hoc est  
corpus meū zc. Alio mō dicit: Armacan<sup>9</sup>  
li. ix. caplo. v. q vbi Marcus dicit bñdixit  
Lucas z paulus dicit grās egit. z sic non  
videt illa bñdictio panis sed potius dei pa-  
tris. nec pcessit aliqua benedictio cōse-  
cratiua panis anteq̄ xp̄us dixit. hoc est corp<sup>9</sup>  
meum. z ita de calice zc. Utrūq̄ aut̄ predi-  
ctorū modorū pbabile est sustinere fm istuz  
doctozem. tñ quicquid dicatur de pdictis  
non refert quo ad ppositum qñ illa verba  
hoc est corpus zc. sint psecratiua ap̄d nos.  
Magis tamē pbabile videtur q p eadem  
verba xp̄s consecrauit quia non videt rō-  
nabile q alia forma verborū consecratiōis  
vtatur minister q̄ ea qua vsus fuit ci<sup>9</sup> do-  
ctor z magister zc. **Ad secundū dubium**  
**vel queris de xp̄o vel queris de xp̄i ministro**  
**Si queris de christo qd demonstrauit di-**  
**cendo hoc est zc. licet Scot<sup>9</sup> circa h mul-**  
**tas opiniones recitet et plures p̄clusiones**  
**pbet. tamē breu<sup>9</sup> pōt dici Uno mō fm pri-**  
**mam viā su pradictā q xp̄s demonstrabat**  
**corpus suū iam ibi p̄cistēs an plationem**  
**verborū illoz zc. Alio mō tenendo secūda**  
**viā ibidē dictā pōt dici fm Armacanuz q**  
**xp̄s corpus suū demonstrauit an p̄uersio-**  
**nē panis in ipm qd tamē adhuc nō fuit in**  
**manib<sup>9</sup> eius sed esse debuit verbis illis p-**  
**latis. quo corpe ci<sup>9</sup> demonstrato veruz fuit**  
**hoc est corpus meū. Et vtrūq̄ hoz pōt di-**  
**ci sine piculo fm istum doctozem. Si aut̄**  
**queris de christi ministro quid demonstrat**  
**dicendo hoc est corpus meū zc. Uno mō**  
**pōt dici fm Okaz in quolibetis suis q̄ sa-**  
**cerdos significatiue recipiēs dicta p̄ba de**  
**bet demonstrare p ly hoc corpus xp̄i. sic tñ**  
**q̄ illi p̄pōni vocali duplex mentalis corre-**  
**spōdeat scz vna de futuro a principio pla-**  
**tionis verborū vsq̄quo verba sunt prola-**  
**ta. et est talis mentalis hoc corpus qd sta-**  
**tim erit sub istis speciebz est corpus meum**  
**Alia de presenti verbis prolatis scilicet hec**  
**Hoc corpus nūc existēs sub istis sp̄bz est**  
**corpus meū referēdo semp ly meū ad chri-**  
**stum cuius hoc est corpus. Et causa est qz**  
**tempore plationis verborū res aliter se ha-**  
**bet q̄ post. qz primo nō est ibi corpus xp̄i.**  
**sed bene post. zc. Alio modo dici potest q**  
**nō est necesse q̄ sacerdos rite conficiēs ali**

quid demonstrat p ly hoc vel etiā q̄ aliqd  
intelligat p illam vocem plus q̄ per voces  
non significatiua. quia vox illa nō requiri-  
tur ibi ad illam psecrationē tanq̄ significa-  
tiua veri vel falsi. sed solum hec vox data ē  
nobis tanq̄ signuz vt p̄gnoscamus q̄ his  
verbis rite prolatis immediate sub ill spe-  
ciebus est corpus xp̄i p diuinū bñplacitū.  
Et pro hoc facit q̄ sacerdos pfert illa ver-  
ba materialiter z recitando ea tanq̄ a xp̄o  
dicta. vt patet p verba p̄cedentia i canone.  
ideo illa nō est ppositio zc. Unde q̄stuz ad  
hoc benedicit Scotus q̄ finaliter tenet q̄  
qualitercūq̄ logicus saluet illam p̄pōnem  
esse veram tamē sufficit theologo q̄ illa nō  
est oratio sacramentalis vt vera sed vt tale si-  
gnum sensibile z vt instrumentū institutū  
a deo ad psecrationē illam zc. S; male di-  
cit in hoc quod subdit ibidez q̄ illa oratio  
non est p̄positio psecratiua vt vera neqz  
vt falsa. sed tñ vt est p̄positio neutra z p̄-  
oz naturaliter z forte tempore veritate sua.  
Hoc em̄ nihil est dicere imo implicat q̄ ali-  
qua p̄positio sit neutra aut aliquo modo p̄-  
oz sua veritate. Ideo dico q̄ illa oratio nō  
est psecratiua vt p̄positio vera aut falsa. sed  
vt quoddā signum qd non est p̄positio iur-  
ta dicta prius. **Adhuc circa ministrū**  
**sunt aliqua dubia. Primū est Utrū mi-**  
**nister consecrans hoc sacramentū in pec-**  
**cato mortali vel sine cōfessione de peccato**  
**mortali cōmissio peccet ex hoc mortaliter.**  
**Et videtur q̄ nō. quia nullus tenet confi-**  
**teri nisi semel in anno iuxta ca. omnis vtri-**  
**usq̄ sexus Igit̄ sacerdos pōt exercere act<sup>9</sup>**  
**suos sibi pueniētes absq̄ hoc q̄ pluries cō-**  
**fiteatur zc. Secundū dubium est Utrū**  
**minister obligat<sup>9</sup> duab<sup>9</sup> psonis cuiilibz sub**  
**hac forma. dicam p te vnam missaz. possit**  
**satis facere p vnam. Et videtur q̄ sic per si-**  
**mile de illo qui habet plura beneficia et p**  
**quolibet obligatur ad horas. non tamē te-**  
**netur bis eas dicere zc. Ad p̄mum dubi-**  
**um pono aliquas p̄positiones. Prima ē**  
**q̄ consecrans in peccato veniali. ppter hoc**  
**nō peccat nec mortaliter nec venialiter. pa-**  
**tet. quia de tali non est necesse penitere. agi-**  
**tur zc. Secunda p̄positio q̄ consecrans**  
**existēs in actu peccati mortalis et hoc pec-**  
**cat mortaliter. quia simpliciter manducat**  
**indigne. Unde videtur q̄stuz ad hoc idēz**  
**iudicium de consecrante z māducante.**

qd xp̄s demonstrat xp̄m p  
h hoc p̄ba q̄ p̄batur

mod<sup>9</sup> dicit. o. a. i.

**T**ercio q̄ consecrans existens in peccāto mortali de quo nō penitet nec penituit quia p̄teritum est ⁊ de illō nō recolit. sed h̄ nō sit ex negligentia crassa vel affectata excusat. Si s̄o ex negligentia mala peccat mortaliter licet nō ita grauiter sicut p̄im⁹ qui peccat actualiter. Pater. quia. i. Corinth. ij. dicit apostolus. Probet autem seipsum homo. Ideo homo se pbare ⁊ examinare tenetur s̄m possibilitatem fragilitatis humane ⁊c. ⁊ si hoc faciat sufficit. Unde patz q̄ rite ⁊ digne cōficiens non tenetur esse in caritate ⁊c. **Q**uarta p̄positio est q̄ consecras qui peccat mortaliter q̄uis de illo penituerit si confessus uō fuerit peccat mortaliter. quia tenetur p̄ius confiteri q̄ consecrare vel cōmunicare. cuius ratio ē. quia nō tm̄ debet deo recōciliari sed ecclesie ad hoc vt digne recipiat sacramentū ecclesie scilicet vnitatis ⁊c. Et hoc vez est si occurrat oportunitas p̄fiteri sine scandalo. alias n̄ vide scōrū. **A**d argumentū autem dicit q̄ illud capitulum Omnis ⁊c. est p̄ceptū generaliter tangēs omnes fideles. sed alia lege speciali tenetur sacerdos ⁊ quilibz suscipiens in casu isto scz illa. probet autez se ipsum homo. **R** **A**d secundum dubium pono aliquas p̄positōnes. **P**rima est q̄ obligatus ad vnam missam pro sorte ⁊ postea obligatus ad aliam missam. p̄ platione nō potest p̄ vnam solā missam deobligari. Pater. quia ex ista forma verborū constat q̄ talis sit obligatus ad duas. **S**ecunda p̄positio est q̄ duabus obligatus p̄sonis sub forma posita in casu istius dubij potest satisfacere per vnam missam. Patz quia ex illa forma nō sequitur ip̄m esse obligatum ad duas. ad hoc est argumentum ibi factum ⁊c. **T**ercia p̄positio est q̄ obligatus sorti ad celebrandū vnam missam p̄ncipaliter p̄ anima eius. et Platoni ad celebrandū vnam missam p̄ncipaliter pro anima ipsius nō potest satisfacere pro vtraqz anima p̄ vnam missam. **P**ro quo sciendū quid voco missam p̄ncipaliter celebrare p̄ anima alicui⁹. Unde videt q̄ sic celebrare p̄ncipaliter p̄ anima alicuius est applicare vel intendere applicare missam suā anie vnus sic q̄ sit quedā satisfactio apud deū pro illa anima si indigeat Et ideo sacerdotem celebrare p̄ncipaliter pro anima sortis potest intelligi dupl̄r. Uno modo q̄ inten-

dat q̄ missa sua valeat multis. ita q̄ sit satisfactio p̄ multis ⁊ simul intendat q̄ pl⁹ valeat anime sortis q̄ alicui de reliquis. Alio modo q̄ applicz missam sic q̄ tm̄ cedat anime sortis in satisfactōne. licet velit q̄ profit alijs per modum oratōis. **P**rimo mō potest iste celebrare p̄ncipaliter pro vtroqz sed secundo modo non. Et isto secundo modo p̄positio est vera. **Q**uarta p̄positio q̄ illo secundo modo stat q̄ aliquis celebrat p̄ncipaliter pro aliquibz. ⁊ tamē pro nullo celebrat p̄ncipaliter. Pater in casu q̄ aliquis celebret eque p̄ncipaliter p̄ duobus ⁊c. **2** **E**x predictis patet solutio vnus questionis. s. si querat vtrū missa celebrata p̄ pluribus generaliter tantū valeat vnicuiqz ipsorū ac si specialiter pro vno eorū tm̄ celebraret posito q̄ qlibet eorū indigeret. **U**nde pono quintam p̄positionem. q̄ nō. quia valor misse per modū distributionis cedit cui libet in p̄tem satisfactiois apud deū s̄m equalem p̄portionez s̄m numerū p̄sonarū. Et p̄ p̄ius quanto plures sunt tanto vnusquisqz minus habebit. Nam valor misse est infinite virtus in purgatorio. Alioquin sufficeret vna missa pro omnibz ⁊c. Et sic frustra dicerent plures in ecclesia ⁊c. **S**exta p̄positio pro intellectu predictorū sit hec q̄ missa siue q̄ oratio facta in ecclesia pro defuncto dupliciter dicitur valere Uno modo per modū satisfactiois deo p̄ debito d̄functi. ⁊ sic verum est q̄ dicit. Alio modo per modum oratiois siue supplicatiois. ⁊ sic pōt vnicuiqz equaliter valere. ac si specialiter fieret **V**idetur tamen quibusdam q̄ loquēdo d̄ deo s̄m cōditōes policie humane nō apparet verisimile q̄ deus eque faciliter concedat supplicatōem que fit p̄ remissione mille debitorū. sicut supplicationem eque intēsaz que fit tm̄ pro vno debitore que p̄cedit ex equali caritate. Et ideo regulariter loq̄ndo videtur q̄ plus valeat missa vni si p̄ eo specialiter fiat q̄ si pro eo et p̄ alijs generaliter fieret ⁊c.

**A**lterius circa suscipientē sunt aliqua dubia. **P**rimū Utruz hoc sacramentū tm̄ debeat sumi a ieiunis. **S**ecundū est Utrum a quolibet debeat sumi sub vtraqz specie ⁊c. **A**d primum dubium dico q̄ non. Et hoc in duplici casu. **P**rimus est si non ieiunus sit in periculo

2  
n

L

## Quartū sententiārū

mortis tūc ne talis discedat sine viatico p̄t  
sumi. **S**ecundus est q̄ si sacerdos fue-  
rit deceptus in cōsecratione panis v̄l vini  
v̄l si aquam ponat loco vini debet iterū cō-  
secrare ⁊ aliam hostiā aponere ⁊ a p̄seca-  
tione hostie incipere. quia consecratio de-  
bet esse integra s̄m Tho. vltia pte summe.  
q. lxxiij. ar. vi. quia sicut dicit. viij. disti. q. j.  
ca. nihil. p̄fecta videri nō possunt sacramē-  
ta nisi p̄fecto ordine compleant̄. Unde sa-  
cerdos tenet̄ ex p̄cepto ecclesie p̄fecte sub  
vtraq̄ specie ⁊ recto ordine cōsecrare pro-  
pter integritatē sacramenti. Et tenetur qd̄  
consecrat sumere. ergo cum nō sit ieiun⁹ in  
casu tamen oportet sumere. quia p̄ceptum  
de ieiunio est solum de honestate ⁊ reuerē-  
tia sacramentū p̄ceptū de integritate est  
de substantia sacramenti quia in duabz spe-  
ciebus consistit t̄m vnum sacramentū. iō  
minus p̄ceptū est infringēdū ad obediē-  
dū maiori. Et non est veruz quod dicit̄ in  
summa p̄fessor. li. iij. ti. xxxiij. q. lxx. q̄ t̄m  
in articulo mortis potest sumi hoc sacramē-  
tum a nō ieiunis zc. **A**d secundū dico q̄  
iuxta doctrinā apostoli licitum est cōicare  
quoscunq̄ sub vtraq̄ specie sacramenti zc.  
Non est tamē ad hoc obligatio imo eccl̄ia  
romana in vsu habet solum laicis vinū cō-  
ferre post cōmunionē corpis christi. ne for-  
te p̄ negligentia que leuiter possit cōtinge-  
re administrando mltitudini populi sacra-  
mentū sanguinis christi aliqd̄ effunderet̄  
de ipso sacramento quale piculum non est  
in administratione corpis christi sub spe-  
cie panis. ideo sacramentū sanguinis non  
ministrat̄ populo. q̄uis posset zc. **A**  
**U**ltimo circa effectū huius sacramenti  
sunt duo dubia iuxta duplicem effectū ip-  
sius. **P**rimū dubiū est Utrū de necessi-  
tate salutis sit recipere sacramentū sangui-  
nis. Videt̄ q̄ nō p̄ immediate dicit̄ zc. Sed  
oppositū Joh. vi. Nisi māducaueritis car-  
nem filij hominis ⁊ biberitis eius sangui-  
nē non habebitis vitam eternam in vobis  
zc. **S**ecundū dubiū vtrū corpus chri-  
sti sit in sacramento adorandū simpliciter ⁊  
absolute vel sub cōditione scz si sacerdos se-  
cerit quod intendit ecclesia. Primū nō vi-  
detur req̄ri. quia nullus tenet̄ credere fal-  
sum qd̄ esset si zc. Nec secundū videtur sus-  
ficere qz sic quelibet res posset adorari di-  
cendo adoro te si tu sis adorāda. zc. **A**d

pmum dubium dico q̄ non. ⁊ qd̄ illud di-  
ctū saluatoris non debet intelligi de sacra-  
mentali sanguinis sui sumptione. sed d̄ mā-  
dicatione ⁊ bibitione spūali. s. p̄ fidē q̄ cō-  
sistunt in hoc qd̄ vnusquisq̄ adult⁹ debet  
credere deū habere carnē et sanguinem in  
hoc sacramento. Et hac em̄ fide cibaf ⁊ po-  
tatur spūaliter ⁊ habet vitam spūalem. Et  
hunc sensum p̄bat diffuse dñs Armacan⁹  
libro nono c. viij. Et specialiter ex illo ver-  
bo quod ibidē sequit̄ verba q̄ locutus suz  
vobis spūs ⁊ vita sunt. zc. Concedit tamē  
qd̄ sumptio sacramentalis mltū prodest ad  
vitam spūalem agendā. sed hoc nō facit ni-  
si p̄ fidem nec est de p̄cepto. Unde nō pue-  
nit nisi habentibz vsu rationis aut saltem  
actū expressum fidei zc. **A**d secun-  
dū dubium p̄babiliter dico aliq̄s p̄pones.  
**P**rima est qd̄ nō est de p̄cepto christi v̄l  
ecclesie vt corpus xpi adoret̄ in sacramento  
simpliciter ⁊ absolute aut sine aliqua cōdi-  
tione. Patet. quia si sic aliquis in casu tene-  
ret̄ credere falsum. scz in casu quo aliq̄s sa-  
cerdos fingeret se facere quod intendit ec-  
clesia ⁊ nō faceret zc. Nam si quis tūc tene-  
retur adorare ibi corpus christi teneretur  
credere ibi esse corpus xpi quod tūc eēt fal-  
sum zc. **S**ecūda p̄pō est qd̄ nō est de p̄-  
cepto christi v̄l ecclesie qd̄ corpus xpi ado-  
raret̄ in sacramento cū p̄ditione scz si sacer-  
dos faciat qd̄ intendit ecclesia. Patet quia  
tunc aliquis in casu mereret̄ faciendo con-  
tra p̄ceptū ecclesie scilicet in casu q̄ aliq̄s  
simplex catholicus simpliciter absolute ⁊  
sine aliqua cōditione adoraret corpus xpi  
in hostia nō cōsecrata in casu prius posito  
talis em̄ mereret̄ sic adorando sine p̄ditio-  
ne q̄uis crederet̄ falsum zc. Uñ licet nul-  
lus teneat̄ credere falsum tamē forte qd̄ in  
casu credere falsuz est meritorū. sed d̄ hoc  
alibi. **T**ercia p̄pō qd̄ corpus xpi in sacra-  
mento potest licite ⁊ secure adorari cū sup̄-  
dicta cōditione vel actualiter expressa vel  
habitualmente subintellecta. Patet. quia per  
hoc evitat̄ credulitas falsi quā quilibet p̄-  
licite evitare. cū nullus ad eā teneat̄. Sic  
Ne evitat̄ periculū errandi adorando cor-  
pus xpi in hostia non cōsecrata. quia in ta-  
li adoratione subintelligitur actualiter v̄l  
habitualmente tacite vel expresse illa cōditio  
si cōsecrata est hostia s̄m ordinatione xpi  
vel ecclesie zc. **Q**uarta p̄positio qd̄ ad

ratio sub additione non est licita nec in isto nec in alio casu nisi quando conditio est talis quod non debet esse certum de eius veritate vel falsitate sicut est in casu posito etc. Et per hoc soluitur argumentum prius factum quod quilibet res etc. Nam additio non additur nisi propter dubium. et ideo ubi non debet esse dubium non debet addi etc. Et hec de primo articulo.

**¶** Quantum ad secundum articulum in quo videndum est de questione proposita scilicet utrum idem corpus christi localiter sit in celo et realiter in eucharistie sacramento. tria faciam per ordinem pro solutione ipsius et declaratione. **¶** Primo permittam tria membra distinctionem. **¶** Secundo ponam triplicem conclusionem. **¶** Tertio solvam multiplicem obiectionem etc. **¶** Premittitur igitur hanc distinctionem quod iste terminus corpus potest capi tripliciter. Primo modo potest supponit essentialiter pro substantia composita ex materia et forma substantiali. et sic pertinet ad predicamentum substantie. Secundo modo prout supponit pro aliqua re siue sit substantia composita ex materia et forma siue sit materia siue forma substantialis vel accidentalis connotando tamen talem rem habere partem situatam distantem a parte. et esse longam latam et profundam. Et sic pertinet iste terminus corpus ad predicamentum quantitatis continue distincta contra alias species. scilicet linea et superficies. Quis iste species supponunt pro eadem re. Non enim teneo cum illis qui dicunt quod iste terminus corpus ut est de genere quantitatis supponit pro aliqua re que non est substantia nec qualitas et quod iste species quantitatis linea superficies corpus supponunt pro diuersis etc. Tertio modo potest dici iste terminus corpus potest supponit per materia siue sit quanta siue non. connotando tamen aliquas qualitativas dispositiones materie inherere. Et hoc modo dicimus quod ex anima humana et corpore hominis sit unus homo. et quod corpus christi in triduo iacebat in sepulcro. id est materia christi in forma qualitativis dispositionibus aliquibus etc. Et sic iste terminus corpus pertinere potest ad predicamentum qualitatis. Et ideo iuxta hanc distinctionem ut remoueat equocationem huius termini corpus in presenti questione utar istis terminis corpus in genere substantie. corpus in genere quantitatis. corpus in ge-

re qualitatis. Vel quando simpliciter utar eodem. capiam ipsum ut est de genere quantitatis quia hec acceptio magis erit ad propositum

**¶** Et hac distinctione infero tria correlaria.

**¶** Primum est quod licet idem sit corpus christi in genere substantie et in genere quantitatis. tamen non est idem corpus christi in genere substantie et in genere qualitatis. patet ex declaratione terminorum. tamen pro veritate prime partis correlarij suppono per nunc quod omnis quantitas continua est substantia vel qualitas. et ideo iste terminus corpus christi ut est de genere substantie et ut est de genere quantitatis supponit pro eodem licet diuersa connotando. hoc autem non obstat aliquid est corpus christi quod non est in genere substantie ideo illi termini non supponunt convertibilitate pro eodem. quia corpus in celo habet plura corpora in genere quantitatis id est plura de quorum quolibet verificatur hic terminus corpus ut est de genere quantitatis. et tamen non de quolibet verificatur ille terminus ut est de genere substantie. habet enim compositum ex materia et forma quod est corpus in genere substantie et in genere quantitatis. et de illo verificatur prima pars correlarij. sed etiam habet materiam que est corpus in genere quantitatis sed non in genere substantie. ipsa autem est corpus in genere qualitatis ideo pro ipsa verificatur secunda pars correlarij. habet etiam plures formas accidentales quorum quilibet est corpus in genere quantitatis non in genere substantie vel qualitatis etc. **¶** Secundo sequitur quod corpus semper habebit in sacramento eucharistie corpus tam in genere substantie quam in genere qualitatis quoad omnes erit hoc sacramentum. Patet quia materia christi habet formam substantialem et aliquas dispositiones qualitativas quas nunquam dimittet. et per consequens quoad omnes erit hoc sacramentum corpus habebit ibi materiam siue corpus materiale cum illis dispositionibus qualitativis etc. per concomitantiam etc. igitur ex quod nominis sequitur etc. **¶** Tertio sequitur quod christus aliquando non habuit in sacramento eucharistie corpus in genere substantie sed solum in genere qualitatis. **¶** Patet quia secundum doctores si hoc sacramentum fuisset consecratum in triduo mortis christi ipse habuisset ibi solum corpus materiale id est materiam cum qualitativis dispositionibus et non animam. et per consequens non

L 2

tripliciter capitur corpus in genere substantie in genere quantitatis et in genere qualitatis

## Quartū sententiarū

habuiss; ibi corpus in genere substantie nec in genere quantitatē ut post parebit. igitur solum zc. **E**x predictis apparet q̄stat ali quid esse corpus in genere substantie z nō in genere quantitatē vel qualitatis ut patet si christus in sacramento z non alibi haberet corpus animatū sine aliqua qualitate sicut absolute possibile est. Stat etiā ali quid esse corpus in genere quantitatē z nō in genere substantie vel qualitatis. ut patz de ipsa materia extensa si esset sine vlla forma substantiali ac qualitate Stat etiā ali quid idem esse corpus in genere qualitatis z quantitatē z non substantie. ut patet de qualib; qualitate extensa. Stat etiā ali quid esse corpus in genere qualitatis z nō in genere substantie vel quantitatē ut patet in casu correlarij. hoc addito q̄ christus in illo triduo habuisset corpus in sacramento z nō alibi. vel q̄ nullibi fuisset nisi sacramentaliter hoc em̄ est absolute possibile sicut probat Scotus contra Tho. li. quar. distin. r. questi. q̄rta. sed de hoc ibi zc.

**R** **I**stis premissis pono tres conclusiones. **P**rima sit hec. q̄ licet corpus xpi idem sit localiter in celo z realiter in eucharistie sacramento. tamen ipsum est circumscriptiue in celo z diffinitiue in sacramento. **P**rima pars est responsiua ad quesitum q̄ non potest naturali ratione probari. s; supponitur ex fide. sed pro secunda parte sciendum est quid est circumscriptiue vel diffinitiue esse in loco. Unde aliquid esse circumscriptiue in loco est cōmensurari loco z habere vnam partem in vna parte loci z aliā in alia. Aliquid autem esse diffinitiue in loco est esse totum in loco z totū in qualibet parte loci. **P**rimo modo nullum indiuisibile ē in loco sed bene secundo modo. **I**llo ergo primo modo corpus christi est in celo. qz est ibi cōmensuratū loco suo. sed illo modo non est in sacramento imo secundo modo quia nō est ibi extensum nec cōmensuratur sacramento. sed totum in toto z totum in quilibet parte. **Q**uātem sic sit ibi nō potest ratione probari. nec euidenter sequitur ex scriptura sed q̄ ita sit creditur ex auctoritate ecclesie. **H**uius autem potestas seu q̄ ita posse esse non implicet contradictionē potest aliquāliter psuaderi. Unde circa declarationē istius sicut bene dicit Dckam in lectura Dionisiē. due sunt difficultates vi

dende. Una quomodo idem corpus n̄ se ro possit simul s̄m se totum existere in pluribus locis. Alia quomodo multe partes eiusdē corporis possunt simul existere vni z eidem loco. z qui videt perfecte ista duo videt quomodo corpus christi existit in sacramento ita q̄ totum sub toto z totū sub qualibet parte. **S** **A**d intelligendū autem ista duo exempla habemus in alijs. **Q**uantum ad primū non videt maior difficultas q̄ idem corpus numero coexistat pluribus locis s̄m se totum q̄ eadē anima intellectiua simul coexistat s̄m se tota; in toto corpore z in quilibet parte vel q̄ vnus angelus existens in aliquo loco existit in quilibet eius parte z vnum ponimus s̄m veritatem theologicam z philosophicam. **I**gitur aliud credendum est satis possibile. **L**ō sequentia patet. quia non magis videt repugnantia q̄ aliqd diuisibile s̄m se totum sit in aliquo toto loco q̄ ita sit de indiuisibili. **Q**uantum ad secundum non videt maior difficultas q̄ q̄ duo corpora existat simul in eodem loco adequato. et hoc siue sint corpora gloriosa siue nō gloriosa. quia hoc non refert. **H**oc autem fide tenemus q̄ christus intrauit ad discipulos ianuis clausis et exiit clausum virginis vterum. **N**ō em̄ plus videtur repugnare q̄ due partes eiusdem corporis simul sint in eodem loco q̄ duo alia corpora simul in eodē sint loco. ideo zc. **I**stis ergo presuppositis patz q̄ liter non est repugnantia q̄ corpus christi potest s̄m se totū z s̄m quamlibet sui partem simul esse in tota hostia z sub qualibet eius parte. quia ex istis patz possibilitas q̄ vna pars sit in pluribus locis seu partib; hostie simul z q̄ vna pars sit simul cū alia z plus nō ponitur ibi nisi q̄ partes adhuc remanent in toto constituentes totum. **E**t sic patet quomodo potest saluari q̄ corpus christi est diffinitiue in sacramento.

**S** **E**cunda conclusio est hec q̄ licet corpus christi quantum z corpea christi quantitas sit in celo z in sacramento. tamen non est corpus christi quantum aut corpea quantitas in sacramento. **P**rima pars probatur sic. **Q**uicquid ē ipsius christi in celo est etiam in sacramento. sed corpus christi quantum seu corpea christi quantitas ē in celo. igitur zc. **C**onsequentia est bona. z minor patet ex fide. **S**ed maior ē

modi q̄ p̄p̄ a diffinitive  
Thomaco abbas.

q̄d sit di. diffinitive. 11

## Questio quinta

bona ratio

catholica et rationalis. quia ex quo christus habet in sacramento illam eandem naturam humanam quam habet in celo ut patet ex fide. rationale est quod omne quod habet in celo habeat in sacramento. Et intelligo de illo quod habet sic quod est ipsum vel in ipso. **¶** Vel arguitur sic expositorie demonstrato corpore christi vel eius quantitate, corporea. hoc est corpus christi quantum vel corporea christi quantitas. hoc idem est in celo et in sacramento. igitur etc. **¶** Secunda pars conclusionis probatur. quia corpus christi quod est in sacramento et quid quid est in ipso corpore christi est totum in sacramento et totum in qualibet parte sacramenti ut patet ex conclusione precedente. Et per consequens nihil tale habet partem distantem a parte in sacramento. sed constat quod omne illud quod est alicubi quantum corporeum vel quantitas corporea habet ibi partem distantem a parte. ut patet ex quid nominis. igitur corpus christi non est in sacramento quantum corporeum etc. Et sic patet conclusio etc. **¶**

**¶** Ex qua sequuntur aliqua correlaria. **¶** Primum est quod opinio que ponit quod omnis quantitas continua est substantia vel qualitas. magis consonat positioni fidei quam est opposita. Probatur. quia secundum positionem fidei sicut corpus christi quod est in celo est in sacramento et in qualibet parte eius. ita omnis res que est ipsum vel in eo est in sacramento et in qualibet parte eius. et per consequens si secundum positionem oppositam in corpore christi quod est in celo esset una quantitas continua distincta a substantia corporis christi et a qualitate eius illa quantitas continua distincta a substantia corporis christi et a qualitate eius etiam esset in sacramento per primam partem conclusionis et tamen non esset in sacramento quantitas continua per secundam partem conclusionis et probationem eius. **¶** Sed probatur quod hoc sit impossibile secundum illam et opiniones. quia secundum eas sicut substantia est formaliter substantia et qualitas formaliter qualitas. sic quod non stat quod substantia sit alicubi et non sit ibi substantia vel qualitas sit alicubi et non sit ibi qualitas. ita similiter secundum eos illa quantitas continua quam ibi ponunt distinctam a substantia et qualitate. si esset esset formaliter

quantitas ita quod non staret ipsam esse et non esse alicubi et non esse ibi quantitatem continuam. **¶** Et hoc ulterius sequitur quod nulla res est formaliter seu de sua ratione intrinseca quantitas continua. quia quacumque re data stat ipsam esse et non esse quantitates continuam et esse alicubi et non esse ibi quantitatem continuam. sicut patet ex dictis etc.

**¶** Tercio sequitur ex predictis quod iste consequentie non valent quantitas continua in corpore christi ex vi conversionis est sub specie panis. igitur ipsa ex vi conversionis est quantitas continua sub specie panis. **¶** Similiter ista non valet. Substantia corporis christi et eius quantitas idem sunt realiter et substantia corporis christi in sacramento est substantia. igitur est ibi quantitas continua sine corpore. quia in omnibus istis antecedens est verum et consequens est falsum ut patet ex dictis. Et potest dari exemplum. aliquis homo scilicet filius dei est ubique et tamen non est ubique homo etc. **¶**

**¶** Hic est sciendum quod in predicta conclusione et in correlariis sequentibus usus sum istis terminis corpus quantum quantitas corporea siue continua et non istis terminis quantum vel quantitas simpliciter dictis. Quia quantitas est genus ad quantitatem continuam et discretam. et quantum ad quantum continuum et discretum. Et ideo loquendo de quantitate discreta et de quanto denominato ab ea bene concederet aliquas propositiones quas negavi de quantitate continua et contra. Unde ponerem contra Decem istas propositiones.

**¶** Prima est quod corpus christi est quantum in sacramento altaris et quantitas christi est quantitas in sacramento altaris. quia licet corpus christi non sit ibi corpus seu quantitas corporea vel continua. quia non habet ibi partem distantem a parte. tamen est ibi quantum discretum seu quantitas discreta quia habet ibi plures partes discretas et distinctas que faciunt unum. **¶** Secunda est quod stat aliquid esse compositum ex partibus quantitatis et non esse quantum continuum. quia corpus christi in sacramento est compositum ex partibus quantitatis sine quantum. et tamen corpus christi non est quantum continuum. et staret quod etiam nec alibi esset quantum **¶**

## Quarti sententiarū

mm continuum zc. **T**ercia propositio est q̄ aliqua est quantitas que non est substantia neq; qualitas. nec est res distincta a substantia vel qualitate. Patet. quia numerus ternarius angelorum est quantitas distincta. et tamen p̄rie loquendo non est substantia nec est res distincta a substantia. nec est res vna nec vna substantia sed plures. iō zc. **Q**uarta est q̄ aliqua substantia vel q̄litas est formaliter quantitas. sic q̄ nō stat ipsam esse z non esse quantitatem vel ipsaz alicubi esse z non esse ibi quātitatem. Patz quia quelibet substantia diuisibilis z omnis qualitas est numerus z sue ptes. z per consequens est quantitas discretaz. igitur.

**T**ercia conclusio est hec q̄ licet corpus christi habeat in celo ordinem partium in toto z ordinem partium in loco. tamē talem ordinem neutro modo habet in sacramento. Prima pars patet. quia corp⁹ christi est in celo signaliter vt supponit zc. sed secunda pars probatur. quia ad talem ordinem requiritur distantia partium sicut magis apparebit q̄ndo recitabitur opinio qm tenet Adam contra istam conclusionem q̄ ad hoc q̄ dicitur q̄ corpus christi in sacramento non habet ordinem partium in toto.

**E**x hac conclusione seq̄tur primo q̄ corpus christi existens in sacramento non est ibi signaliter. Patet. quia non commensuratur sacramento nec habet ibi ordinem partium in toto vel in loco. igitur zc. Et ideo inuaniunt laborant qui faciunt difficultatē vt christus in sacramento stet vel sedeat aut sic erectus vel supinus. quia iste sunt differentie situs que non concuunt ei ibidem. zc.

**S**ecundo sequitur q̄ licet distinctio de ordine partium in toto vel de ordine partium in loco non habeat locum in materia d̄ existentia christi sub sacramento. tamē possibilis est ordo partium in toto absq; ordine partium in loco. Prima pars patet ex conclusione. Sed secūda patet. quia si de⁹ crearet vnum corpus continuū extra celuz z sine loco. illud hoc nō obstante haberet ordinem partium in toto. quia ibi esset ordo signalis z distantia partium in toto. z tamen nō eēt ibi ordo partium in loco. Et iō patet q̄ per prius naturaliter est ordo partium in toto q̄ in loco. et per consequens hec distinctio non est omnino superflua. sicut q̄n

dogz videtur innuere Buill's Decem zc.

**T**ercio sequitur q̄ licet corpus christi in sacramento nō habeat ordinem partium in toto vel in loco. tamen cum hoc stat organica partium distinctio. z per consequens partium perfectionalis ordo. patet. quia ad distinctionem partium organicarū non requiritur distantia earundez. sed sufficit distinctio naturalium dispositionū in illis partibus. que potest esse stāte q̄ ille partes sint in eodem loco. nam licet caput z manus sint in eodem loco. tamen nec caput est in manu nec e conuerso. Et q̄uis dispositiones capitū z manus sint in eodem loco. tamē naturalis dispositio capitū nō informat manum nec e cōtra. Et ita caput est perfectior pars ibi q̄ sit manus. et per consequens ibi ē partium perfectionalis ordo. quare nō est ibi omnino confusio zc.

**C**ontra primam cōclusionē arguit primo sic. si christi corpus existens in celo inciperet esse in sacramento absq; hoc q̄ dēstineret esse in celo. vel moueret de celo ad sacramento localiter vel nō. Si sic. Contra. nihil debet dici motum localiter de illo loco in quo adhuc est. Item nihil mouetur de loco ad locum distantem a primo sine transitu per medium. Si non. Contra. Est in loco in quo prius non fuit et fuit alicubi. igitur est motum localiter zc.

**S**ecundo si corpus christi esset in diuersis locis. in vno circūscriptiue et in alio distinctiue. pari ratione posset simul esse in diuersis locis circūscriptiue. z pari ratione fortes posset esse per potentiam dei in multis locis z lignum et quelibet alia res. Cōsequencia tenet. quia primo scilicet circūscriptiue et distinctiue nihil potest esse simul in multis locis sine triplici miraculo. Primum q̄ alicubi est modo quātitatiuo z alibi non. Secundum q̄ est in pluribus locis totaliter distinctis. Tercium q̄ alicubi est modo speciali sic q̄ quelibz pars sit cum q̄libet. Sed si secundo modo scilicet vtrouibz circūscriptiue aliquid esset in pluribus locis non esset nisi vnicum miraculū. quia cessaret primum z tercium miraculorum predictoz. vt patet. Igitur qui potest facere aliquod corpus esse in diuersis locis illo modo quo tenet fides. a multo fortiori potest facere illo alio modo. Et hoc est q̄

Corpus xpi in sacramento  
aliarū nō habet partem  
habet ordinem in toto  
aut in loco

Vide

## Questio quinta

Thomam 22. Sed falsitas illius consequentis probatur ostendendo inconuenientia quae ex illo sequuntur. **P**rimo sequitur quod contraria inessent eidem secundum se totum. ut quod idem secundum se totum esset album et nigrum. calidissimum et frigidissimum. motum sursum et deorsum. ad dextrum et sinistrum. que sunt contraria. et sic diffinitio contrariorum non erit bona et contraria sunt que non possunt simul inesse eidem 22. nec videtur quomodo aliter possent diffiniri. Et tamen consequentia patet. **S**ecundo sequitur quod priuatiue et contradictorie opposita verificarentur de eodem. ut quod idem vas esset plenum et uacuum uino. et per consequens plenus et non plenus. quod idem corpus esset motum et descendens. et per consequens motum et non motum. quod idem corpus esset uiuum et mortuum. et per consequens uiuum et non uiuum. Omnia ista videntur implicare et tamen consequentia videtur nota. quia si idem esset in diuersis locis unum istorum posset verificari in uno loco et alio in alio. 22. sicut posset declarari. **T**ercio sequitur quod idem homo posset peccare mortaliter scilicet committendo adulterium in uno loco et eodem tempore mereretur vitam eternam scilicet confitendo se aliquid aliud faciendo in alio loco. **Q**uarto sequitur quod ego existens parisiis haberem dubitare me esse Rome me ibi currere. et multa similia 22. quia deus potest hoc et non est euidentis utrum sic faciat 22. **Q**uinto sequitur quod ego possum esse ubique. quia qua ratione possum esse in duobus locis pari ratione in tribus vel in quatuor. 22. et ita in quolibet. et per consequens hoc stante quod ego sum in mille locis ego apparebo mille homines. igitur habeo istud dubitare ut arguebam modo. **S**exto sequitur quod non est proprium diu esse ubique. quia potest creature competere ut dixi 22. **T**ercio principaliter arguitur sic. Si possibile esset aliquid corpus esse in loco diffinitive eo modo quo dictum est in secunda parte prime conclusionis. sequeretur quod de eodem possent verificari contradictoria successiue absque noue rei acquisitione. vel antique perditione. Consequens videtur falsum. Et consequentia probatur quia si de aliquo corpore nunc existente in aliquo loco circumscriptiue deus faceret

quod ipsum et quelibet pars eius esset in illo eodem loco in quo prius et in qualibet illius sicut dictum est esse possibile tunc de illo corpore non erat prius verum quod esset diffinitive in loco et postea erit verum. et tamen istud corpus nihil perdidit quod prius habuit. quia non locum. Nam est in eodem quo prius per casum. Nec quantitatem que esset res distincta ab eo per predicta in secunda conclusione. Nec apparet quid aliud. Similiter nihil acquisiuit quod prius non habuit. quia non locum per casum. nec appetit quod aliud. igitur 22.

**A**d primam rationem respondeo quod aliquid moueri localiter potest esse vel imaginari tripliciter. **P**rimo modo proprie quia transit de loco ad locum dimittendo locum in quo presuit et acquirendo nouum et transeundo per locum medium. si sit locus medius inter primum et secundum. Et sic corpus christi non mouetur localiter quando incipit esse sub sacramento ut notum est.

**S**ecundo modo minus proprie aliquid potest dici moueri localiter. quia dimittit locum in quo presuit et habet nouum locum nec tamen transit per medium locum quous sit locus medius inter primum et secundum. Et sic corpus christi non mouetur localiter quando incipit esse in sacramento quia non dimittit primum locum si tamen dimitteret illum quous non transiret per medium diceretur moueri localiter isto modo.

**T**ercio modo et ad hoc minus proprie aliquid potest dici moueri localiter. quia presuit in loco et acquirit vel habet nouum locum. quous non dimittat primum nec transeat per medium. Et sic corpus christi mouetur localiter quando incipit esse in sacramento. quia isto modo moueri localiter nihil aliud importat nisi esse hic et immediate fuisse alibi et non fuisse hic. Nec est concedendum quod corpus christi mouetur de celo ad sacramentum. quia moueri de aliquo loco est dimittere illum locum. ideo corpus christi mouetur mutatione que est ab esse in celo ad esse in sacramento. quia simul est in celo et in sacramento. quare 22. **A**d secundam rationem teneo cum scoto Deo et ad contra thomam et concedo consequentiam ibi factam. et consequens principale. Et ad hoc sufficit mihi ratio ibidem facta.

**S**ed pro responsione ad ea que vltimè

*hinc per A intelligi  
aliquid moueri  
Cura*

*Vide*

## Quarti sententiarū

inferuntur ponam aliquas. ppositiōes.

**B B** Unde pro solutione primi incōuenientis quod concluditur Dico primo. q̄ possibile est cōtraria inesse eidem subiecto s̄m se totum in diuersis locis sicut bene probatum est. imo de facto sic insunt. qz corpus christi in vna hostia mouetur sursum. in alia deorsum zc. Dico secundo q̄ contra hoc non est illa diffinitio siue conditio contrariorū. quia cōtraria non possunt simul inesse eidem. quia ly siml̄ potest intelligi loco et tempore. modo sic non est hic. Dico tercio q̄ possibile est per diuinā potentiam cōtraria simul loco et tempore inesse eidem subiecto s̄m se totum. Ut q̄ idem s̄m se totum sit calidissimum z frigidissimum. quia non implicat contradictionem q̄ deus in eodem subiecto siml̄ tempore ponat summam caliditatem z summā frigiditatem. Ideo dico quarto q̄ in dicta diffinitione seu conditione contrariorum debet subintelligi iste terminus naturalit̄. aliter non valet ita q̄ dicatur. Cōtraria sunt que non possunt naturaliter siml̄ inesse eidem vel esse in eodem. quia nulla res est alteri cōtraria formaliter z necessario sed solum naturaliter et de cursu nature a deo libere ordinato. ideo naturaliter cōtraria possunt non esse cōtraria id ē esse siml̄ in eodem z carere naturali conditōne quando placet deo. Et sic patet solutio primi incōuenientis.

**U**lterius pro solutione secundi incōuenientis quod inferitur dico q̄ impossibile est priuatiue aut contradictorie opposita verificari de eodem vt q̄ idē vas sit plenum vino et vacuum vino. aut plenum et non plenum vino. q̄ idem sit motum z quiescens aut mortuum z viuum zc. Dico tamē ultra q̄ possibile est idem vas siml̄ tempore esse in vno loco plenum vino z in alio vacuum vino. in vno loco motum et in alio quiescens imo sic est de facto de anima hominis q̄ in manu mouetur z quiescit in pede. possibile est etia; idem corpus esse in vno loco viuum et in alio mortuum. quia possibile est ipsum habere in vno loco animā z ipsum esse in alio loco z ibi carere anima. Exemplum possibilitatis. Verbū diuinum est alicubi vbi nō est natura assumpta ideo ipsum alicubi est homo et est ali-

cubi non hō. zc. Ideo dico vltterius q̄ licet isti termini motum et quiescēs sint termini priuatiue oppositi propter quod impossibile est ipsos verificari simul tempore de eodem siue in eodem loco siue in diuersis. ideo nō concedo q̄ in vno loco verificetur q̄ anima mouetur z in alio q̄ quiescit. quia ad quiescere sequitur non moueri. modo moueri z non moueri sunt cōtradictoria que non verificantur de eodē nec in eodē loco nec in diuersis. tamen hoc nō obstante isti termini motum in manu et quiescens in pede. vel viuens in vno loco et in alio loco mortuum nō sunt termini priuatiue oppositi. Ideo bene verificantur de eodem. Unde non sequitur. anima quiescit in pede. igitur quiescit. quia sequitur quiescit ergo non mouetur. Et vltra. ergo nullibi mouetur. Modo stat q̄ quiescit in pede z alibi mouetur. Refert etiam dicere alicubi quiescit alicubi mortuum est et quiescit alicubi. mortuum est alicubi propter negationes inclusam in talibus terminis priuatiuis que distribuit terminum sequentem zc.

LL

**U**lterius pro solutione tertij incōuenientis illati dico q̄ actus peccati mortalis scilicet actus adulterij z actus meriti vite eterne. scilicet actus confessionis vel dilectionis dei super omnia possunt esse simul tempore in eodem nō solum in diuersis locis sed etiam in eodem loco quia actus isti vt actus sunt non habent repugnantiam. sed sunt a deo. Ideo deus posset illos ponere in eodē loco. zc. Dico tamen vltra q̄ hoc nō obstante impossibile est eundē peccare mortaliter et mereri vitam eternam simul eodem tempore siue in eodem siue in diuersis locis. qz isti termini peccare mortaliter z mereri vitam eternam non solum dicunt tales actus sed vltra connotant diuinā deacceptationē z acceptationē Ideo sequitur. Sortes meretur vitam eternam in hoc loco ergo acceptatur a deo ergo nō deacceptatur a deo. ergo nullibi peccat. Et sic qui alicubi meret vitam eternam nullibi peccat mortaliter z cōtra. Unde ad formā rationis si ponat casus q̄ idem hō peccet mortaliter faciēdo adulterium in vno loco et in alio confiteatur zc. patet quid dicēdū. quia si alicubi peccet mortaliter. q̄cqd

an q̄ haria  
opposita  
vbi possunt  
vbi fieri

priuatiue  
et q̄m dicit  
siml̄

# Questio quinta

alibi faciat non erit meritum vite eterne. Si autem ponat casus sub hac forma verborum quod idem homo committat adulterium in vno loco et in alio confiteatur vel det elemosynam etc. ita quod in casu non ponatur isti termini peccare vel mereri. tunc vel loquimur de lege ordinata et sic quia de lege ordinata omne adulterium est peccatum mortale dico sicut prius etc. vel loquimur de potentia absoluta et sic dico quod in illo casu iste potest peccare et non mereri. et potest mereri et non peccare. sed non vtrumque. quia deus potest illud adulterium deacceptare et omnia alia opera alibi facta non acceptare. et potest illud adulterium non deacceptare et absolute vt non sit peccatum et alia alibi facta acceptare ad vitam eternam. sed non potest vtrumque simul tempore scilicet adulterium deacceptare et alia opera acceptare etc.

**DD** Alterius pro solutione quarti inconuenientis illati dico. quod ego existens pariter simul tempore possum esse rome. non tamen habeo dubitare me esse rome. quia licet deus possit hoc facere et non sit mihi euidens euidencia summa siue euidencia simpliciter absoluta vtrum sic faciat tamen debeo credere quod non facit. nam hoc non potest facere sine miraculo et ego debeo credere quod non facit miraculum nisi appareat probabiliter de opposito etc. Pro solutione quinti inconuenientis dico quod de potentia dei est possibile esse vbiq; et apparere mille homines et vincere in bello mille homines vel omnes. et multa similia sequuntur sed non habeo de istis dubitare sic esse propter illa que iam dixi. Pro solutione sexti inconuenientis dico quod esse vbiq; licet de facto conueniat soli deo tamen non est proprium dei. quia potest ei non conuenire. patet ante creationem mundi. etc. Et potest alteri conuenire. patet in proposito. sed posse esse vbiq; et non posse non esse vbiq; siue necessario esse vbiq; est locus est proprium dei. Et sic soluta est secunda ratio principalis

**EE** Ad terciam rationem dico quod quid sit de consequente de quo vide Adam contra quest. quarti libri articulo tertio in solutione ad sextum articulum quia de hoc alibi tamen consequentia non valet. quia illud consequens non sequitur ex antecedente.

**U** Pro quo notandum est secundum Deum quod quando de extenso sit non extensum sicut in pro-

posito vbi de existente circumscriptiue in loco sit existens diffinitiue in loco vel etiam econtra quando de non extenso sit extensum. hoc potest contingere tripliciter. Quia si de non extenso sit extensum vel occupat maiorem locum quam prius non extensum vel minorem vel equalem. Si primo modo tunc sunt ibi due mutationes. vna acquisitiua. quod illud acquirit nouum locum. et alia deperditiva. quia quando illud fuit non extensum fuit totum in toto loco et pars cum qualibet parte loci. sed quando extenditur tunc est totum cum toto et pars cum parte. et non totum cum qualibet parte. ideo omnes partes perdent aliqua loca que prius habuerunt. quia prius fuit pes cum capite et modo distant. Si secundo modo tunc est sola mutatio deperditiva. quia totum minus occupat de loco quam prius. ideo perdit partem illius loci maioris et partes etiam perdunt multa loca prius habita sicut in priori modo. Si vero tercio modo. tunc est tamen mutatio deperditiva non acquisitiua. quia tunc partes que fuerunt omnes in toto et quelibet cum toto et quelibet cum qualibet. iam dimittunt loca prius habita. sed non omnia. quia quelibet pars retinet vnum locum quem prius habuit sicut in primo modo. tamen nullum acquirit quem prius non habuit. sicut in illo primo modo acquirit quelibet vel multe. Si autem econuerso de extenso sit non extensum sicut in casu rationis. hoc similiter potest esse tripliciter. Quia vel sic quod totum remanebit in eodem loco equali. vel in maiori. vel in minori. Si primo modo sicut est in casu tunc erit ibi mutatio acquisitiua non deperditiva. quia quis totum nihil acquirat vel deperdat tamen quelibet pars acquirit multa loca que prius non habuit. Ideo patet quod non est ibi transitus de contradictorio in contradictorium sine acquisitione noue rei id est noui loci. Et si non in toto tamen in qualibet parte. Si vero fiat in loco maiori simile est. si in minori tunc est mutatio tam acquisitiua quam deperditiva. sicut patet intuitu. Et sic patet de prima conclusione.

**FF** Contra secundam conclusionem et primus correlarium eius arguitur primo sic. Non aliqua sunt idem realiter vbiq; aliquod est vnus illorum ibide est reliquum illorum. sed substantia corporis christi et alii

esse vbiq; licet de facto conueniat - soli deo  
tamen non est proprium dei quod ab aliis  
non conueniat ei

## ¶ quarti sententiarū

quantitas continua corporis christi sunt idē realiter p̄ h̄mū correlariū z corpus xp̄i ē in sacramento substantia corporis christi. ergo est in sacramento etiā quantitas cōtinua corporis christi contra secundā p̄ez conclusionis. maior videt̄ nota de se zc.

**¶** Secundo arguit̄ contra primum correlariū sic Nullum accidēs est substantia. omnis quantitas est accidens. ergo nulla quantitas est substantia. Maior videt̄ nota. quia accidens z substantia sunt opposita. Minor patet. quia quātitas est vñū de p̄dicamentis accidentis. Cōfirmat̄. vnūz p̄dicamentū non verificatur d̄ alio. igitur nulla qualitas. zc. **¶** Tercio sic. Si ois substantia vel qualitas extensa esset quantitas continua sequitur q̄ plura corpora naturaliter possent esse simul. z sequens negatur cōmuniter ab omnibus. Sed consequentia patz. quia in lacte est albedo et dulcedo z materia eis subiecta. z quelibet est res extensa longa lata z profunda. si ergo quelibet sit sua quantitas tria corpora sunt siml̄ naturaliter. quia corpus est quantitas longa lata et profunda. zc.

**¶** Pro solutione istoz z ad maiore declarationez totius materie p̄mittam aliquas propositiones. **¶** Prima sit hec. q̄ omnis res pp̄rie vna sine substantialis siue accidentalis habens partem distantem a parte siue partem extra partem ē quantitas cōtinua. quia omnis talis res ē continue extensa. igitur quantitas continua.

**¶** Secūda propositio q̄ si aliquid est quantum continuū quod nō est subiectiue in quātitate nec est subiectum quantitat̄. ipsum est quātitas continua. Patet. quia nihil p̄t esse quantum continuū sine quātitate continua. ergo si aliquid est quantum continuū vel est subiectiue in quātitate vel est subiectum quātitatis. vel ipsummet est quantitas. quia pluribus modis nō potest ymaginari aliquid esse quantum. **¶** Tercia propositio est q̄ omnis res pp̄rie vna siue substantialis siue accidentalis habens partes potest habere partem distantem a parte. z persequēs esse quāta absq̄ hoc q̄ ipsa sit subiectiue in quātitate vel q̄ ipsa sit subiectū quantitat̄. Probatur. quia deus sua infinita potentia potest om̄ez rem absolutam facere vel conseruare sine re absoluta ab ea fm̄ se totam realiter distincta. potest em̄ facere de creaturis quicquid vult. z per con-

sequens potest omnē substantiā vel qualitatem habentē partem extra partem facere vel conseruare sine omni accidente absoluto sibi formaliter inherente. z sine omni subiecto cui formaliter inheret. quia substantiam esse sine accidente z accidens sine subiecto nullam contradictionē includit Et isto facto certū est q̄ hec res extēsa potest sic cōseruari vt dictū est absq̄ hoc q̄ ipsa vel aliqua eius pars moueatur localiter. ideo p̄t habere partem distantem a parte z per consequēs esse quāta per h̄mam propositionē. absq̄ hoc q̄ ipsa sit subiectiue in quātitate vel subiectum quātitatis. **SS**

**¶** Quarta propositio q̄ omnis talis res quanta de qua est sermo potest esse quātitas continua. Patet ex predictis propositionibz clare. **¶** Quinta propositio Q̄ omnis res habēs partem distantē a parte est quāta per suas partes essentielles vel integrales sine quātitate que sit distincta realiter a substantia et qualitate. Et ita omnis quātitas cōtinua est substantia vel qualitas habens partem ab alia parte distantem z e contra Patz ex p̄cedētibz. quia frustra ponitur fieri p̄ plura quod potest fieri p̄ pauciora. zc. **¶** Sexta propositio sequens ex p̄dictis est diffinitio quātitatis continue. scilicet q̄ quātitas cōtinua est extensio siue extrapositio vel distantia ptium facientū vnum totūz. **¶** Septima est q̄ ad illam extrapositionē siue extēsiōnem ptium nō requirunt nisi partes ille que distant z cause earum essentielles intrinsece si habeant. z cause extrinsece puta faciens z finis. nec requirunt aliqua quātitas supaddita. patet ex predictis. Item quia si requireret quātitas supaddita p̄pter extēsiōnem substantie vel qualitatis aut partū earum. cum quantitas illa cōtinua fm̄ ad uersarios posita possit fm̄ eos miraculose non extēdi. pari ratione sequeret q̄ ad eius extensionem requireret alia quātitas que addita amplius posset extendere vnāz rem vel facere distare partes eius z tamē ita deus non posset hoc facere. nisi coniungeret vnāz aliam rem illi rei. ergo non requirit̄. zc. **¶** Octaua propositio est q̄ licet isti termini substantia et quantitas. z isti qualitas et quantitas supponant pro eodem. tamen substantia qualitas et quātitas sunt diuersa predicamenta. qz ad distinctionē p̄dicamentoz sufficit distinctio p̄ceptū vel intētiōnū.

## Questio quinta

**U**n dicit Jo. Dam. qd possibile est eandem rem fm aliam z aliam iutionez ad aliud z aliud pdicamentuz reduci. Et ista oia que dicta sunt diffuse dclarat Okam in multis locs. z specialiter in tractatu que composuit de sacramento altaris a. xij. ca. zc. **H**ic tunc ad pmam ratione dico primo qd illa maior sumpta intelligedo eam in creaturis est falsa de virtute sermonis propter falsaz implicatione. Implicat em q aliqua sint aliqua. z tamen q sint ides realiter inter se. quod est impossibile in creaturis. quia nunq aliqua creata sunt aliq z vnum realiter. **D**ico secundo q in psonis diuinis illa positio est vera. qz ibi plures persone sunt plures. et tamen sunt vna res simplex. **D**ico tercio q no valet consequentia. imo est fallacia figure dictionis arguendo ex illa positioe in terminis conotatis a pte pdicati Verbi gratia in diuinis Non em sequit Quado cuq aliqua zc sed pater in diuinis z dens filius virginis sunt idem realiter z essentia diuina est vbi qz deus pater. ergo ipsa est vbiqz deus filius virginis. hoc em sequens falsuz est. quia non est filius pginis nisi vbi est homo z no est vbiqz homo. igit zc. **A**d secundam rationem dico q stat q aliqua quaitas no est aliqua res distincta a substantia z q quaitas est accidens. Unde ad declarationem huius fm Okam tractatu preallegato. c. iij. ex verbis Anf. monol. caplo. xxv. trahit distinctio q hoc nomen accidens tripliciter potest sumi. Cum em dicit q sunt aliq accidentia que mutatione aliqua a ccedendo vel recedendo faciunt que no nisi cu aliqua participantis variatione adesse vel abesse posse intelligunt. vt colores. innuit p hoc q aliqua sunt accidentia que sunt res distincte a suis subiectis. Per hoc autem quod dicit alia sunt que nullaz omnino vel accedendo vel recedendo mutatione circa ides de quo dicunt efficere noscunt vt quedam relationes ostendit q aliquod est accidens qd non est res distincta a subiecto z ei addita. zc. Et ideo ex sententia illoru verboru que breuiter ptraſco sequitur primo hec distinctio. q hoc nomen accidens tripliciter potest capi. **P**rime modo stricte pro aliq re inherente subiecto que non est substantia. **S**ecundo modo magis large pro aliq predicabili de aliquo contingenter qd pot

successive affirmari z negari d illo propter realem mutationem illius. **T**ercio modo qn pot successive affirmari z negari de aliquo propter mutatione alterius zc. **S**ecundo sequit q licet aliqua quantitas sit accidens pmo modo scz quantitas que est qlitas tamen aliqua quantitas non est accidens illo modo scilicet quantitas que est substantia. imo capiendo illo modo accidens quaitas nulla est accidens illius cuius est quaitas. patet facilliter. **T**ercio sequitur q omnis quantitas est accidens secundo modo. Et capio hic accidens no solum pro termino accidentali sed etiam pro supposito illius termini. **Q**uarto sequit q eadem res est substantia et accidens capiendo accidens secundo modo. z vt dixi modo. Un dicit Dam. in logica sua. ca. xxxij. q uumerus est accidens z tu ponit q numerus est ipse res numerate. Sic etiam solet dici q albu est accidens zc. **Q**uinto sequitur q no omne accidens realiter recipitur in subiecto dicente Anselmo vbi prius q nullius accidentis susceptibilis est scz summa natura. Quamuis em aliquod accidens ppetat deo scilicet capiendo accidens tercio modo. tamen nullum accidens in se recipit deus. **I**ta possunt magis declarari sed transeo. quia satis apparet ex his solutio rationis. **A**d tertiam ratione concedo sequens de virtute sermonis. **P**ro cuius intellectu pono aliquas propositiones. **P**rime est q corpus capitur dupliciter. Uno modo pro composito ex partibus distantibus sitaliter quod potest naturaliter per se existere absq hoc q sit pars alterius vel inuitens alteri sicut lignum. Alio modo pro illo qd per partes intrinsecas sibi est longitudo z pfundum siue naturaliter possit per se existere siue non sicut albedo lactis zc. **S**ecunda pp q capiendo corp pmo modo duo vel plura corpora no pnt naturalr esse in eodez loco. Et sic capiendo corp loquuntur cõiter autoritates phoz zc. **T**ercia pp. q capiendo corp scdo modo pla corpora pnt naturaliter esse in eodez loco. Un dimensioes que nate sunt informare tertiam vel quarum vna est nata informare aliam naturaliter possunt esse simul. Sed dimensiones que possunt naturaliter per se existere ille sole repugnant. sic q naturaliter se expellunt de loco si sibipis relinquatur. quis

## Quarti sententiarū

per diuinam potentiam quecumq; dimēsi-  
ones possint esse simul. Si autem queras  
cur tam varie q; dimensiones siue corpa p  
mo modo repugnēt non secūdo modo. di-  
co q; tota causa est natura rei que talis ē de  
qua constat partim p rationem ptim p ex-  
perientiam. Nam p rōnem apparet q; sub-  
stantia z qualitas sunt simul. et similiter p  
experientiam pstat q; vno corpe per se existen-  
te naturaliter ingrediente aliquem locum  
aliū cōsimile corpus cedit sibi. Si sō di-  
cas q; per cōsimilem experientiam partz q; ac-  
cidentib; in sacramento altaris cedit cor-  
pus per se existens. zc. Dico q; hoc est. q; il-  
la accidentia non sunt nata in formare sub-  
iectum in quo non fuerunt pducta. vel q; a  
illud corpus non est natū in formari ab eis  
naturaliter. vel q; hoc est voluntate dei vo-  
lentis q; aliquid ptra cōmunē cursum na-  
ture appareat sensui vt maius sit meritū fi-  
dei Unde multi catholici ponunt in sacra-  
mento multa fieri a solo deo ne euacuetur fi-  
dei meritum. sicut potest videri in Scoto  
li. q̄rto. dist. xij. q. vj. z. q. iij. Et ideo de oi-  
bus potest eque faciliter dici q; deus ordi-  
nauit omnia apparētia sensui fieri circa ho-  
stiam non psecratam sicut circa psecratāz.  
z aliqua facit p seipsum immediate. **¶** Ex  
quo sequit̄ sexta propositio q; nec substan-  
tia panis cuius fuerūt accidentia hostie si  
recrearet̄ in situ distincto ab eis. nec aliqua  
alia substantia corporea possz naturaliter  
siue p causas naturales fieri in eodē situ  
vel loco cum illis accidentib;. A deo autē  
solo posset̄ taz illa q; alia sicut sibi placeret  
Et sic patet ad rōnem **Hec de secunda.**

**R R** **¶** Contra terciam p̄clusionem  
sunt rationes quas facit adaz in q̄rto. q̄sti-  
one q̄rta z quinta tenens contra **Decā** op-  
positum secunde ptis hui; p̄clusionis scili-  
cet q; corpus christi in sacramento habet or-  
dinem ptium in toto zc. Unde eius imagi-  
natio que est fact̄ subtil̄ potest ad certa pun-  
cta plane z breuiter reduci. **¶** Primo enīz  
dicit q; duplex est positio Una ptium in to-  
to ita q; vna pars p̄tinuat̄ parti vni z nō al-  
teri vt caput collo z nō pedi z collum in to-  
to s̄m p̄positionez totius ponitur inter ca-  
put z humeros z non inter genua z pedes  
z hoc s̄m essentialē cōpositionez non s̄m  
dispositionē situalem. z sic de alijs partib;. **¶**  
Alia est positio partium in loco ita q; vna

ptium facientiū vnū situef̄ alicubi z nō ali-  
bi zc. **¶** Secundo dicit q; licet corpe christi  
in sacramento nō habeat secundā positi-  
onem p̄dictā siue ordinē ptium in loco. t̄m  
habet primā positionē siue ordinem ptium  
in toto. Et ratio sua est hec. quia ibi caput  
christi p̄tinuat̄ collo z non pedibus nec di-  
gito. ymaginat̄ em̄ q; sicut i celo caput xpi  
ex vna parte nulli p̄tinuat̄ nec aliud sibi ex  
alia aut sibi p̄tinuat̄ collum z nō pectus z  
humeri. z sic procedēdo vsq; ad pedes. ita  
iste ordo seruat̄ in corpore christi in sacra-  
mento. licet non sit ibi ordo situalis sicut i  
celo. Primū autē ordinē nō posuisset philo-  
sophus posse esse siue situef̄. Ideo dicit̄ ter-  
cio q; habere partes in quas habens eas ē  
diuisibile q; vna cōponat̄ cum vna z nō cū  
alia z secūda cū tercia z tercia cum quarta  
z nō cum p̄ma. habere inq̄t̄ talem positōez  
est esse quantū p̄tinuum. **¶** Ex quo infert̄  
quarto q; caritas in anima nō est quantū  
p̄tinuū. licet componat̄ ex partib; in quas  
diuisibilis est. q; de illis ptibus verū est q;  
quelibet est cū qualibet z cōponit̄ cū qualibet.  
sed de ptibus substantie corpis christi  
licet verum sit dicere q; quelibet sit cū qua-  
libet in sacramento. nō tamē quelibet com-  
ponit̄ nec p̄tinuat̄ ibi cū qualibet imme-  
diate sicut iam dixit. ideo p̄cedit q; corpus  
christi in sacramento est quantū p̄tinuum.  
**¶** Quinto p̄cedit idem de qualibet quali-  
tate corpis christi. sicut de albedine z alijs  
qualitatibus corporalibus Dicit em̄ in sa-  
cramento nō quelibet pars albedinis cor-  
poris christi vnitur cui libz non plus q; q;  
libet pars substantie. igitur dicit q; illa al-  
bedo est ibi quantū p̄tinuum. quia quilibet  
libet pars sit cum qualibet. tamen albedo  
capitis nō continuatur nec vnitur imme-  
diate albedini pedis zc. **¶** Sexto dicit̄ iste  
q; nec substantia corpis christi nec albe-  
do ei; seu alia qualitas corporea est in sacra-  
mento quantū extensum. Unde ponit̄ q; li-  
cet extensio nō sit res sup̄addita quāto cō-  
tinuo siue quantitati cōtinue t̄m iste terminus  
extensum siue extensio cōnotat̄ ultra istū ter-  
minū p̄tinuū siue q̄ntitas p̄tinua h̄re pres  
in diuersis sitib; siue ptes situalter distare  
q; nō cōuenit substantie vel albedini xpi in  
sacramento zc. **¶** Ex istis breuiter sic reca-  
pitulatis patet tota ymaginatio huius do-  
ctoris in hac materia que est subtilis.

vide sancto

de ch  
ritat  
am  
ma

vide opinionem adam

## Questio quinta

**22.** **S**ed extra istā imaginationē z tenēdo cōclusionē pri<sup>o</sup>positā ponā aliq̄s ppositiōnes. **P**rima est q̄ in sacramento caput xpi nō magis vnif cōponit aut continuat colloq̄s pedibz vel digito z hoc destruit totū fundamentū illius positionis. **J**ō pbat pmo qz nisi sicut nunc eēt ibi aliqd inter caput z pedem z nō inter caput z collū. sed hoc nō est imaginabile qz tam simul sunt caput z pedes q̄ simul sunt caput z collū. **U**bi em̄ aliq̄ sunt simul videt̄ implicare ibidē aliqd eē inter illa cuius tñ oppositū dicit illa positio in pmo dicto exponendo qd est habere positōz in toto zc. **S**cdo sic quecūqz pponunt vnū totum vniant in vno toto s; partes substantie corpis xpi cōponunt vnū totū z similit̄ partes albedinis pponūt vnū totū ergo vniant et pponunt. i. simul in vnū ponunt. **U**el ergo in sacramento quelibet cū qlibet vnif aut cōponit immediate v̄l mediate. **S**i immediate habetur ppositū q̄ vna non plus vnif alteri ibi q̄ alia. si mediate. extra quelibet est simul cuz qlibet z eqliter sicut s; vbi aliq̄ sunt simul eqliter ibi eqliter sunt imediata ergo qlibet cū qlibz v̄l cuilibz ē ibi imediata. **S**i q̄ aliq̄ ibidem vnif alteri mediate sicut dicit positio sequit̄ q̄ aliq̄ simul tpe z loco erūt mediate qd implicat. **S**cda positio sequit̄ ex p̄dicta qz sicut qlibet ps charitatis in aia vnif cū qlibet ita qlibet ps substantie corpis xpi v̄l albedis ei<sup>o</sup> in sacramento vnif cū qlibet. **N**ō dico tam qz eqliter vnif zc. **U**n̄ pōt cōcedi qz aliq̄ partes albedis corpis xpi nō tñ vel eā vniant quātū qlibet ps charitatis vnif cū qlibet. qz qlibet ps vnif cū qlibet rā scdm coexistētiā eidē loco qz fm inherētā eidē subiecto adeq̄to. **N**ō sic aut̄ qlibet ps albedis zc. qz licz albedo man<sup>o</sup> z albedo pedis vnif scdm coexistētiā eidē loco nō tñ fm inherētā eidē subiecto adeq̄to. **H**ā albedo man<sup>o</sup> cū sit cū pede n̄ tamē inheret ei. z iō licet grad<sup>o</sup> albedinis manus z grad<sup>o</sup> albedinis pedis sint in pede facientes ibi vnū nō tñ reddūt pedē magis intē se albū qz facit vna ps illoz s; grad<sup>o</sup> albedinis pedis. qz alij nō insunt ei zc. **T**ertia ppositio sequit̄ qz nec substantia corpis xpi nec albedo ei<sup>o</sup> aut corpea qlitas ē quātū p̄tinuū in eucharistia plus q̄ charitas in aia. **U**n̄ p̄prie loquēdo quicqd est quātū p̄tinuū est extēsum. **N**ō em̄ possuz imaginari p̄tinuitatē sine extēsiōe. **E**t sic deficit tertū dictū. loquēdo tñ ip̄prie posset p̄cedi qz albedo corpis

xpi est quātū p̄tinuū in sacramento potētiālic qz habet ptes q̄ nate sunt facere quātū p̄tinuū licet nō faciant actualit̄ ibi. **Q**uod nō p̄cedi de charitate in aia qz nō est possibile ptes charitatis p̄tinuari siue exēdi dū cōstituit vnū zc. **Q**uarta ppositio sequit̄ qz quicqd hz ordinē siue positionē p̄tinū in toto habet ordinē siue positionē p̄tinū in loco si totū sit in loco iō nec corp<sup>o</sup> xpi nec aliqd ei<sup>o</sup> hz in sacramento ordinē p̄tinū in toto. **E**t p̄ ista patet r̄nsio ad p̄dictā opinionē. **N**ec de tertia p̄clusionione z de scdo articulo p̄ncipali.

**B** **Q**uantū ad tertū articulū p̄ncipalē hui<sup>o</sup> p̄clusionionis in q̄ videndū est vtrum ois actio z passio z om̄ne accidēs quod inest corpis xpi extēti in celo possit eidē in eē sub eucharistie sacramento tria faciā p̄ ordinē. **P**rimo p̄mittā tres distinctōes. **S**cdo ponā tres p̄clusioniōes. **T**ertio solū tres dubitationes. **P**rima distinctio est ista. qz duplex ē actio vel passio q̄dam cui<sup>o</sup> p̄ncipiū imediatū est substantia quātā vel nata eē quātā. **A**lia cui<sup>o</sup> p̄ncipiū imediatū est substantia seu natura pure sp̄ualis. **S**cda distinctio est qz q̄dam ē actio q̄ terminat̄ ad formā absolutam formalit̄ inherētē alicui passo. **A**lia q̄ terminat̄ ad vbi fm aliq̄s vel ad locū fm alios de q̄ nō curo. **T**ertia distinctio qz q̄stio p̄ intelligi vel de posse simpliciter absoluto vel de posse naturali siue naturalit̄ ordinato. pmo mō nō intelligit̄ qz sic eēt clara. s; scdo mō intelligit̄. **U**n̄ fm istā acceptionē capiā sp̄ inferius v̄l verbū pōt in p̄clusionionibz z alijs zc.

**E**t istis p̄tz qz ista q̄stio hz tres difficultates. **P**rima ē vtrum xps in sacramento possit habere oēm actionē z passionē terminatā ad formā absolutā inherētē passo cui<sup>o</sup> p̄ncipiū est natura corpalis. **S**cda vtz possit sic h̄re omnē actionē z passionē terminatā ad vbi cui<sup>o</sup> p̄ncipiū est natura corpalis. **T**ertia vtz possit sic habere omnē actionē z passionē cui<sup>o</sup> p̄ncipiū est natura pure sp̄ualis zc. **U**n̄ de istis tribz ponā tres p̄clusioniōes p̄mittēdo cuilibet aliquas opinioēs zc. **D**e prima difficultate ē duplex opinio. **U**na qz xps in hostia nō pōt videre vel videri calefacere vel calefieri z sic de alijs zc. **E**u<sup>o</sup> opinionis rō p̄ncipalis ē qz ois actio z passio corpalis naturalit̄ hz fieri p̄ tractū. **T**raci<sup>o</sup> em̄ est quātū totū. iō corp<sup>o</sup> xpi in hostia nihil tāgit zc. **A**lia opinio ē **S**coti tenētis idē qd p̄ma s; nō p̄t rōnem de tractū s; qz organū sensus corpis

bens dicit

qz scet q̄stio n̄  
p̄t accidē aut passio  
corporealis

## Quarti sententiarum

Christi in sacramento non est illo modo quo requiritur ad habendum quod immutetur ab obiecto. Nam ad habendum quod habeat modum quantitativum et sit localiter et circumscriptive in loco. Et ideo non est presens presentia quam requiritur habere de his que in scoto. Sed prima opinio nec est ratio valet quia non est inconueniens idem agere in seipsum tam actione spirituali quam corporali. Actio spiritualis sicut voluntas in seipsa agit in volitione. Actio corporalis sicut sensus agit in seipsum sensatione. Item anima potest agere in corpore suo. et in his non est tractus quia tractus est distinctio et quantum ad idem. igitur etc. Secunda opinio etiam non valet quia petit principium supponendo quod debet probare se quod ad actionem et passionem requiritur quod actiuum et passiuum corporale sit in loco circumscriptive. Item secundum istum doctorem idem potest agere in se non obstante quod non sit a se localiter distinctum sed quia ratione non oportet quod agens et patiens sint a se localiter distincta eadem ratione nec oportet quod agens sit in loco localiter seu circumscriptive ad habendum quod agat. Item omnis effectus sufficienter dependet ex suis causis essentialibus et dispositionibus et approximationibus eorum. sed quantitas siue sit res distincta a substantia et a qualitate siue non non est causa effectiua respectu visionis albedinis. igitur destructa quantitate et modo quantitativo adhuc potest videri albedo. quare etc. Igitur patet quod ille opiniones non valent.

**Ad** hunc deo sit prima conclusio quod suppositis hijs que sunt fidei non potest probari per rationem naturalem quod omnis actionem et passionem terminata ad formam absolutam inherente passo et cuius principium est natura corporalis quam potest habere christus etiam in loco circumscriptive potest etiam habere in loco etiam diffinitive et non quantitatively. Probatur primo quia non minus potest aliquod principium actiuum habere actioem quam se toto est presens alii cui passo puta calefacibili quam si per unam partem esset presens unum parti illi et per aliam partem esset presens alteri parti. sed corpus christi in hostia est presens hostie se toto toti et cuilibet parti. igitur calor corporis christi potest agere in hostia et calefacere eam etc.

**Secundo** per idem potest probari quod corpus christi in hostia etiam potest videri oculo corporali quia est sufficienter actiuum non tantum in medium sed etiam in oculum quia se toto est presens cuilibet parti oculi et medium etc. Tertio si dicas quod corpus christi non potest partialiter causare visionem in oculo corporali non glorioso ita quod ille oculus videat corpus christi. contra hic est principium actiuum ex parte obiecti et principium passiuum ex parte oculi et motus existendi non quantitatively non impedit sicut p

us probatum est. Etiam quia secundum Augustinum nono de trinitate anima habet magnam immutabilitatem respectu corporis etc. que tamen non habet modum quantitativum et omnia alia requisita ad actionem hic ponuntur igitur etc. Consequenter tenet quia ista communis regula quod agere appropriate passo disposito sequitur actio non est neganda. Nisi obuiet sibi auctoritas scripture sicut non est hic ut patet. vel ratio que etiam non apparet hic imo magis ad oppositum ut iam tactus est. vel experientia que etiam non obuiat hic. quia experientia que hic apparet non valet quia hic impeditur actio non naturaliter sed quia de suspensio actioem istam non coagendo illis qualitatibus corporis christi ut agant et si coageret naturaliter agerent etc. Patet ergo quod corpus christi potest in hostia calefacere hostiam et pari ratione calefaceri ab ea. Patet etiam quod potest ibi videri ab oculo corporali existente extra hostiam et pari ratione videre illum. Et per consequens pari ratione potest dici idem de qualibet alia actione vel passione corporali etc. Igitur patet conclusio.

**De** secunda difficultate dicitur prima opinio quod corpus christi potest in hostia moueri localiter per accidens quia ad motum hostie sicut in loco per accidens. Alia vera opinio non solum loquitur de motu locali per accidens et ponit quod mouetur ibi localiter et si non motu stricte et proprie dicto tamen motu extensiuo siue large dicto. Et quod isto motu mouetur immediate a deo. Primum probatur quia ubicumque est hostia ibi est corpus christi et hostia mouetur localiter. igitur etc. Secundum probatur quia quodcumque aliqua coniunguntur precise per actum voluntatis contingenter se habentis ad istam conjunctionem si unum istorum sit mobile omnino proportionatum. ipsi mouenti et reliquum proportionatum. non eadem motione potest moueri utrumque coniungitur. Exemplum posito quod angelus per actum voluntatis sue coniungatur lapidi et lapis est mobile proportionatum homini portanti et angelus non. tunc certum est quod non eadem motione potest homo moueri lapidem angelum. modo sic est de corpore christi et hostia respectu creature etc. de hoc vide in scoto qui diffuse hanc materiam tractat.

**Sed** contra istas opiniones sit hec secunda conclusio. quod corpus christi potest moueri localiter in sacramento a creatura mouente et non solum a deo. Ad cuius declarationem pono aliquas propositiones. Prima sit hec quod corpus christi in sacramento mouetur localiter non solum per accidens. Probatur quia corpus christi

fence qd corpus christi potest videri ab oculo corporeali existenti extra eam

## Questio quinta

667

est <sup>ibi</sup> ~~ubi~~ cū hostia. ⁊ hostia mouet localiter igitur mouet in hostia localiter. Sed q̄ nō soluz mouet p̄ accidens declaro quia si hoc esset verū hoc esset ideo. quia non est in loco nisi p̄ accidens sc̄z quia est in hostia que est ī loco per se. sed probō q̄ hoc sit falsum. quia corpus xp̄i non minus est p̄sens per se loco hostie q̄ si esset ibi distincta hostia quia nūc est totaliter extrinsecū illi hostie sicut angel⁹ si esset ibi sed si deus conseruaret in loco hostie corpus xp̄i sicut modo destructa hostia sicut ip̄e posset sine p̄dicatione. tunc corp⁹ xp̄i esset per se in loco illo. igitur zc. ¶ **S**cunda p̄positio q̄ corpus xp̄i in sacramento mouetur vel potest moueri localiter a creatura ⁊ non a solo deo. quia potest ibi moueri localiter ab anima sua. Nam quādo aliquid habet modū essendi cōuenientē motori ⁊ modū cōuenientē mobili non est inconueniens vnū mouere ⁊ aliud moueri. sed anima xp̄i in sacramento habet modū essendi cōuenientē motori claruz est ⁊ corp⁹ xp̄i habet ibi modū cōuenientē mobili per primā p̄positionem. igitur zc. ¶ **T**ercia p̄positio q̄ anima xp̄i nō potest corpus suū in sacramento mouere localiter organice. Iste due p̄positiones simul declarant. Ad quorū intellectū sciendum est quid est potentia organica ⁊ potentia nō organica. ⁊ quid sit mouere organice ⁊ quid sit mouere nō organice. ¶ **P**ro quo sit <sup>quinta</sup> p̄positio q̄ potentia organica est illa que v̄tur organo corporali in sua actiōe quales sunt om̄es potentie extense in materia sicut potentie sensitiue. Potētia vero nō organica est illa que nō indiget organo corporali in sua actiōe quales sunt om̄es potētie nō extense in materia sicut intellectus ⁊ voluntas Scotus aut̄ ponit q̄ anima intellectiua habet potētiā organica ⁊ nō organica ⁊ hoc sequit̄ si ponat q̄ anima intellectiua ⁊ sensitiua in homine sunt eadez forma sed hoc nō est verū s̄m De kam qui ponit q̄ sunt distincte. Sed de hoc alibi. ¶ **Q**uarta p̄positio est q̄ mouere organice est mouere p̄mo vnā partē ⁊ post mediante illa aliā. sicut est in motu aialis q̄ p̄mo forte mouetur cor ⁊ post mediante motu cordis aliā pars magis p̄inqua ⁊ post tertia zc. ¶ **S**ed mouere nō organice est mouere totū ⁊ partem eque p̄mo zc. ¶ **P**rimo modo igit̄ anima xp̄i potest mouere corpus suū in celo. quia licet sit tota in toto ⁊ tota in qualibet pte nō

tamē eque p̄mo mouet totū ⁊ qualibet ptem quia est ibi distantia p̄tū nec totū corp⁹ coexistit cuilibet parti. sed illo modo ip̄a nō potest mouere corp⁹ suū in sacramento quia nō potest ibi p̄mo mouere vnā partē ⁊ post aliā mediante p̄ma. Nam inter illas ptes non est ibi distantia localis. ¶ **S**ecundo aut̄ modo id est nō organice potest mouere volendo illud corp⁹ moueri ad motū hostie. Unde sic volendo si hostia mouet mouet tunc corpus suū nō organice. quia eque p̄mo totū et qualibet eius partē. eo q̄ nō est ibi distantia inter p̄sonas. que necessario requirit̄ ad h̄ q̄ aliquid moueat organice zc. ¶ **E**x predictis ergo patet septima p̄positio q̄ quando mouetur hostia anima intellectiua xp̄i mediāte uoluntate mouet corpus xp̄i sub hostia sicut cā partialis concurrens cū uoluntate diuina contingenter causante ⁊ disponēte illud corpus moueri ad motū hostie. Et hoc totū est p̄pter conformitates uoluntatis humane in xp̄o ad uoluntate diuinā ⁊ Et sic intelligo q̄ anima xp̄i ad motū hostie mouet corpus suū nō organice. Unde sequit̄ octaua p̄positio q̄ si anima xp̄i suspenderet actū illū uoluntatis sue sicut posset naturaliter etiā stante diuina ordinatione de motu corporis ad motum hostie. tunc moueret corpus xp̄i ibi a solo deo ⁊ nō a sacerdote hostiā mouente. Et sic forte potest intelligi Scotus. quia ad hoc bene uadit ratio sua supra facta. Unde bene p̄bat q̄ nō potest moueri a uirtute creata extrinseca mouente hostiā puta a sacerdote. s̄z nō p̄bat quin potest moueri ab ania xp̄i modo predicto. quia tam hostia q̄ corpus xp̄i ē mobile p̄portionatū anime xp̄i Unde potest mouere eadē motione hostiā ⁊ corpus suū ⁊ hostiā organice ⁊ corpus nō organice quia eadem uolitione potest uelle corpus suū ⁊ hostiam moueri zc. Sed nūquid potest anima xp̄i corpus suū separare ab hostia ita q̄ nō moueat ad motū hostie. ¶ **D**ico q̄ hoc posset naturaliter nisi esset ordinatio diuina in contrariū que de facto ordinauit semper illud corpus moueri ad motū hostie. Unde non stante illa ordinatione possz separare se ab hostia. ⁊ hoc uolēdo quiescere hostia mota vel uolendo moueri corpus ad unum locum hostia mota ad aliu. Et eodem modo posset deus hoc facere se solo zc. RR

¶ **D**e tertia difficultate dicit prima opinio q̄ corpus xp̄i non potest naturaliter uideri

## Quarta sententiarum

in hostia nec ab intellectu angelico nec hūa/  
no. Probat hoc quia corpus xpi est ibi vt ob  
iectum fidei igitur nō potest cognosci natu/  
raliter. **U**Alia opinio dicit qd xpus potest  
vri quacunq; potētia actiua spiritali in ho  
stia sicut pma quia talis nō requirit ad acti  
onem qd habeat esse localiter z ita posset di  
ci de potentia passiuā. de hoc vide in Sco/  
to zc. Contra primā opinionē sunt ratōnes  
pme cōclusionis. Nec ratio facta p ea valet  
quia multa que cadunt sub fide possunt co/  
gnosci intuitiue. Unā apostoli viderunt mor  
tem xpi z passionem que cadunt sub articu/  
lo fidei zc. Ideo tenendo cuz Scoto sit hec  
tertia conclusio qd xpus in sacramēto potest  
naturaliter intelligere omnia alia sicut vbi ē  
quantitatiue. z potest videri z intelligi natu  
raliter z intuitiue nō tantū ab intellectu an  
geli vel anime separate sed etiam ab anima ī  
corpore. Et hoc nisi esset speciale impedimē  
tum de quo supra dictum est. Et hoc totuz  
patet ex prima conclusione z rationib; ibidē  
factis p ea. Unde concludo cū. g. De kam ī  
reporatione quarti. q. septima. vbi eū secun  
sum in hac materia qd omnē actionē z passi  
onem z pari ratione omne accidens siue for  
mam accidentalē quā xps potest habere qm  
existit circūscriptiue in loco potest habere in  
eukaristie sacramento si nihil aliud impedi  
ret puta voluntas diuina sicut est zc. Et sic  
patet solutio triū difficultatū zc. **SS**  
**S**ed contra p̄dicta sunt aliqua dubia.  
Primū est vtrū quicqd aliqd corpus agit vlt  
patit vbi est quātitatiue necessario agat z pa  
tiatur vbi non est quātitatiue. Videt qd sic  
quia nullū absolutū d̄finit esse in aliquo ad  
ueniente sibi de nouo precise respectu extrin  
seco sed p hoc qd corpus xpi est in eukaristia  
solum aduenit sibi nouus respectus extrinse  
cus. igitur zc. **U**Secundū dubiuz contra  
secundā cōclusionē est quomodo corp⁹ xpi  
sub hostia potest videri oculo corpali. quia  
omne visibile habēs partes distinctas discer  
ni potest vna pars ab alia sed in hostia nō sic  
potest discerni inter caput z pedē quia ibi est  
confusio p̄tū. **U**Et confirmat quia fm au  
ctores p̄spectiue. qd videt. videtur sub pira  
mide cuius conus est in **obiecto** z in re visa  
est basis. sed illd uō potest p̄tere rei non ha  
benti modū quātitatiuū. **U**Tertiū est vtz  
xpus potest videre seipm in hostia sicut si eēt  
in distinctis locis circūscriptiue. Videtur qd

nō quia inter videntem seu visiuam potenti  
am z rem visam debet esse distantia. sed cor  
pus xpi in vna pte hostie nō distat a se existē  
te in alia parte zc. igit. **U**Ad primū dico p  
mo qd de facto si vnū corpus sit in duob; lo  
cis circūscriptiue vel diffinitiue omne abso  
lutum existens in eo pertinens ad eius inte  
gritatē quod habet in pmo loco habet in se  
cundo. nec aliqd absolutum perdit per hoc  
qd est in nouo loco etiā si non sit de integri  
tate ipius dūmodo sit pertinens ad conser  
uationem ipius sicut sanguis qui scdm ali  
quos non est de integritate humane nature  
sed est indiuiduū necessario requisitū ad cō  
seruationem vite homis. Et hoc esse uecessa  
rium necessitate naturali probat prima ratio  
facta. **U**Dico tamē secundo qd illud non ē  
necessariū necessitate absoluta quia stat qd  
potētia dei absoluta illud corpus potest ha  
bere aliqua accidentia in vno loco z carere ī  
alio licet ī vtroq; sit circūscriptiue zc. **U**Et  
quo patet tertiā p̄positio qd duo accidentia eius  
dem speciei sicut due albedines possunt esse  
absolute in eodem subiecto inhesiue z nō fa  
cere vnum z per consequēs non reddere sub  
iectum illud magis intensuz. Patet quia p̄t  
vnum subiectum in vno loco esse z ibi habe  
re vnam albedinē z esse in alio loco z ibi ca  
rere illa z habere alia. sed hoc nō est possibi  
le naturaliter. **U**Et sic patet de primo dubio  
breviter quia multa possent dici. **U**  
**U**Ad secundū dubiū dico primo qd maior  
est difficultas de colore respectu visus qz de  
alijs sensibilibus respectu alioruz sensuū qz  
color ad hoc qd videatur requirit certā situa  
tionez. Nam taliter possunt disponi duo co  
lores scdm situm qd alter non videbitur qz  
uis sit satis p̄tinuus visui z taliter qd vterq;  
videbit. Patet in exemplis sed calor non re  
quirit talem situm ad hoc qd sentiatur per ta  
ctum sed potest agere in tactū scdm omnē si  
tuz p̄portionatuz. iō est difficile iudicare quo  
modo colores vidētur in corpore xpi sub ho  
stia z quo situ z quis videretur quis non. qz  
hoc non constat nobis per experientiā cer  
tam zc. **U**Dico scdo qd licet p̄pter diuersam  
situationē possit impediri visio alicuius co  
loris ita qd p̄pter diuersam situationē in cor  
pore xpi possint se inuicē impedire ue omnes  
videantur tamē diuersa situatio non impe  
dit simpliciter. quin aliquid videatur si deus  
non suspenderet actionem colorum nō coa

opinio octia

Secundo



## Quarta sententiarum

<sup>accidens</sup>  
ci crāsmutatio q̄s trāsubstantiatio. Et sic p̄ p  
positum. ¶ Sed h̄ descriptio nō videt suffi  
cere p̄mo qz magis est q̄dā ethymologia no  
minis q̄s descriptio. z ita dubiū remanet qd  
est transitio totalis substantie in substantiaz sic  
erat dubiū qd est trāsubstantiatio zc.

¶ Scdo qz p̄dicta descriptio cōueniret cor  
ruptioni forme substantialis cui succedit alia  
forma de nouo genita. Nam p̄ma totalit̄ trās  
it in secūda z secūda totalit̄ succedit p̄me vt  
patz.

¶ Tertio qz etiā scdm istū doctore ad  
trāsubstantiatioz req̄rit̄ q̄ aliq̄ substantia tota  
lit̄ desinat esse z alia succedat ei. vel ḡ secun  
da succedit p̄me quantū ad eē simpliciter ita  
q̄ incipit simpliciter eē post nō esse. z hoc non  
qz scdm cōiter loquētes panis trāsubstantia  
tur in corpus xpi z tñ corpus xpi nō incipit  
eē. Vel dicit̄ q̄ secūda succedit p̄me quātūz  
ad eē fm̄ quid id est incipit esse hic vel sub il  
lis <sup>genibz</sup> zc. z p̄ sequēs hoc debet exp̄mi zc

¶ Aliter ergo z aliq̄liter p̄plet̄ fm̄ Ock  
am dicit̄ nōt̄ trāsubstantiatio q̄ ē successio  
substantie ad substantiā desinentez esse sim  
pliciter in se p̄seruatis eius accidentibz sub  
quibz existit sequens substantia sine informa  
tione. Uū eius possibilitas satis patet p̄ om  
nipotentia diuinā vt clare est. ¶ Sed h̄ descri  
ptio adhuc nō videt sufficere qz fm̄ eā sequi  
tur q̄ de nō posset trāsubstantiare vnā sub  
stantiā carentē accidentibz in aliā substantiaz  
vel vnā in aliā destruēdo oīa accidentia p̄me.  
Eōsequētia clare patet sz falsitas p̄sequētis  
videt nota. quia nō apparet rō q̄re posset de  
substantiā istā trāsubstantiare z nō quālibz  
aliā. z iō licet forte p̄dicta descriptio ueniat  
om̄i trāsubstantiatioz q̄ cōiter fit nō tamen  
p̄ueniret om̄i possibili. Videt ḡ sufficere ad  
rōnez trāsubstantiatioz successio substantie  
ad substantiā alia q̄s sub eisdē accidentibz scz  
successio in eodez loco. Et ista videt requiri  
ad minus qz nō eēt rō quare ista substantia di  
ceret̄ trāsubstantiari in hanc substantiā pl̄  
q̄s in quālibet aliā nisi succederet sibi ista sz  
aliq̄liter eē p̄mune vtriqz zc. ¶ Scdo ista d̄  
scriptio debet exp̄mere q̄ talis successio sit i  
mediata id est q̄ post desitionem vn̄i imedi  
ate succedat alia qz h̄ req̄rit̄. ¶ Tertio si illa  
cēt bona sequitur q̄ panis in sacro trāsubstā  
tiaret̄ in sanguinē xpi z aiā intellectiuā sic  
trāsubstantiat̄ in corp̄ qd̄ videt falsum.

¶ Sed ad h̄ faciliū r̄nderet̄ Ockā. Uū fm̄ eū  
in. iij. q. viij. p̄cederet̄ p̄sequēs. ¶ Cōtra hoc

aūc̄ in isto p̄mo arguendo ad hominē. qz ipse  
met̄ alibi tenet oppositū. Uū in tractatu suo  
de sacramēto altaris caplo. v. ponit q̄ substā  
tia panis trāsubstantiat̄ in corp̄ xpi nō in  
deitate nec aiā intellectuā nec in sangui  
nem nec in aliq̄d accidens zc.

¶ Scdo illa  
solutio videt eē p̄tra intentionē determinati  
onis ecclie. Extra de sum. tri. z fi. ca. firmie  
vbi d̄r q̄ xpi corp̄ z sanguis in sacramēto al  
taris veraciter p̄tinet̄ sub specie panis z vi  
ni trāsubstantiatis pane in corp̄ z vino in  
sanguinē virtute diuinā sed p̄stat q̄ iuxta il  
lam viam nō plus deberet dici pane in cor  
pus zc q̄s econtra. quare zc. ¶ Tertio illa so  
lutio haberet p̄cedere q̄ panis in sacramēto  
